BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
21
43

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
21 C
43

Digitized by Google

PISTI ALETHINI
EPISTOLARUM
AD AUCTOREM ANONYMUM
OPUSCULI INSCRIPTI
QUID EST PAPA?
TOMUS II.

MDCCLXXXVII.

Digitized by Google

EPISTOLA IV.

PISTUS ALETHINUS ANONYMO S. D.

I. Potin' es aliquando ordine scribere ? Quae malum ! ista tibi ad *Regulares* reditio est ? At horum est, inquis, multitudo inducta contra voluntatem, *intentionemve* Ecclesiae. Esto. Verum quis ordo, aut quae series patitur, tibi ut fas sit rursum nos iisdem de rebus obtundere ? Quamquam arrogantis est, mihi crede, tantum tibi tribuere, ut ipsi tibi, non catholico orbi universo, qui sinu suo complexus benigne *Regulares* est, datum esse, putes, pernoscere, quid *intendat*, velitque Ecclesia. Sed *ignorantiam*, *praejudicatasque opiniones* ab *Regularibus* ipsis *foveri* censes. Philosophe ! Tune *ignorantiam*, *praejudicatasque opiniones* ab iis foveri audes dicere, qui cum imperitissimus rerum sis; tum doctrinae orthodoxae noctes obducere, ejusque *ignorantiam* in Germaniam inducere conare? Quo certe redditur inscientia tua, imperitiaque patentior, cum ista Religiosis Institutis exprobrans, plane demonstres, ignorare te id, quod omnes norunt, ac ne obfirmatiores quidem haeretici diffitentur, *Regularium* laboribus studia litterarum

Redit ad Monachos Anonymus. Ab his ignorantiã, praejudicatasque opiniones foveri ait. Quam falso id jactitet. Quam item agat calumnia, dum mentitur Romanas opes, fuisse auctas manibus promissis Regularium Christianas plebes decipientium.

ita retenta, illustrata, amplificata fuisse, ut nisi illi extitissent, non modo non frueremur hac tanta doctrinarum luce; sed imperiti etiam, rudes, paene stolidi in squalore, ac tenebris jaceremus. Marshami Monasticon Anglicanum, Historiam Academiae Oxoniensis, Gallica, Hispanica, Germanica, Italica, Graeca, sexcentaque alia generis ejusdem monumenta consulito; cognosces inde, quantum Instituta religiosa in rem litterariam publicam intulerint commodorum. Atque, ut Monachos veteres praetermittam, unde tu Menardos, Mabillonios, Montfauconios, Massuetios, Nourrios, Ruinartios, Sammartanos, Ruaeos, Maranos, Martenios, Touteeos, Garnerios etc. etc., profectos arbitrare, nisi ex Instituto Monastico Benedictinorum? Unde Hugones, Thomas Aquinates, Raymundos, Martinios, Calecas, Andreas Rhodios, et recentiore memoria Pagninos, Acciajuolios, Canos, Oleastros, Malvendas, Sixtos Senenses, Ludovicos Granatenses, Lemosios, Sotos, Vanslebios, Combefisios, Goarios, Natales Alexandros, Serrios, Lequienios, Echardos, Orsios, Rubeos, Concinas, aliosque prope innumerabiles, ut mittam de iis, qui adhucdum florent, dicere, quosque vel ipsi Protestantes celebrant doctrinae nomine; unde, inquam, hos esse exortos putas, nisi ex eo, quem tu tantopere detestare, Instituto Praedicatorum? Unde Bo-

Digitized by Google

naventuras, Liranos, Feuardentios, Vegas, Ximenios, Galatinos, Titelmanos, Lauraeas, Hayos, Vvaddingos, Paggios, maximoque numero alios, quorum etiamnum multi vita fruuntur; unde, inquam, nisi ex Ordine Franciscano prodiisse censes, quem tu Ordinem etiam maledico dente laceras? Infinitus prope essem, si de reliquis institutis disserere vellem, quorum scriptores, si cum iis conferantur, quos veluti depulsores ignorantiae admirare, quisque plane perspiciet, eos plurimum lucis attulisse litteris, ac pro veritate pugnasse; tuos autem istos canonum, legum, orthodoxorum dogmatum ignaros (qui nihil ex Patribus, nihil ex antiquis Ecclesiae monumentis oleant, nihil ne ex puerilibus quidem disciplinis) nonnisi venenatis heterodoxorum, *Incredulorumve* fontibus suos hortulos irrigasse. Quid? Si quamquam horum est Novatorum *collegium frequentissimum*; *plurimum* tamen non solum (ut de colluvie Valentinianorum ajebat Tertullianus(1)) sit *ex apostatis veritatis*, sed ex *apostatis* etiam Ordinum Religiosorum? Atque est id profecto monstri simile, ut qui (dum Institutum coenobiticum professi sunt) ob mediocre ingenium, exiguitatemque eruditionis parvi ab sociis; a vobis autem üt indocti, leves, stupidi nihili penderentur; iidem repente, simul ac abjecto

(1) Tertull. lib. Adversus Valentinianos Cap. 1.

sacrilege cucullo, ad vos transfugerunt, perfecte, planeque eruditi, sapientes, miris ingeniis clari, nobilesque evaserint inflatu vestro; atque a vobis ipsis, quemadmodum plebis moribus praefecti sunt, etsi haud bene morati haberentur, et essent; ita fuerint controversiarum, quas leviter attigissent, aestimatores, ac judices constituti. Quos si persequi percensendo nominatim vellem, nae ego longam, eamdemque insignem paginam complerem. Sed de his satis dictum est.

Pergis scribere: ab Ordinibus *Regularibus* Romanas opes esse auctas largitionibus Christianorum, inanibus promissis sese decipi, seducique sinentium. Vetus haec item calumnia est, multo ante ab inimicis Apostolicae Sedis instructa, quam orti essent ordines Dominicanorum, et Franciscanorum. Quod si illustribus, certisque Historiarum monumentis agendum hic esset; efficerem quidem certe, non solum lapsum esse turpiter te; verum etiam et abundasse maxime ante ea tempora Apostolicam Sedem; et multo plus semper catholicis Principatibus tribuisse, quam ei ex Regnis, Rebusque publicis obvenerit commodorum. Sed quin id mihi sumam, brevitas operis est impedimento. Interea confer opus inscriptum *il Diritto libero della Chiesa Lib.* III. (1) Nunc quid de excommunicationibus, turbes, videro.

(1) Part. II. pag. 283. sqq.

II. Has fuiſse ſuperioribus ſeculis incognitas, neglectaſque vociferare. Id vero dum agis, ſatis demonſtras, quantum valeas eccleſiaſticae antiquitatis peritia. Tune minus cognitas, neglectaſque fuiſſe olim Eccleſiaſticas cenſuras dices, cum Paullus contra ſtatuat? Nam is Corinthium civem, qui offenſioni Eccleſiae pergebat eſſe, et communione prohibuit ſacrorum (1), et *Sathanae etiam tradidit* (2), ut eo poenae genere preſſus miſer, *ad cor rediret*, ac reſipiſceret; ceterique ejus exemplo perculſi metu, ſeſe in officio continerent. Quanti autem id genus poenae Corinthii Chriſtiani fecerint, oſtendit maeror, quo non ille modo, in quem Apoſtolus animadverterat, ſed reliqui etiam ejus chriſtiani cives correpti, afflictique fuerunt (3). Quid tu? Paullumne Apoſtolum argues, quaſi quidquam inanium larvarum, lemu-

Miſſis Regularibus, ad Excommunicationes Anonymus idem deſilit. Has prioribus ſeculis Chriſtianis incognitas, ab iiſque neglectas fuiſſe doces. Quã falſo id doceat, Scripturarum Patrumque teſtimoniis demonſtratur.

(1) Prima ad Corinthios cap. V. v. 2. Paullus cavit, ne quis etiam comederet cum iis, qui iiſdem atque excommunicatus ille, ſceleribus detenti eſſent.

(2) Secunda ad Corinth. Cap. V. v. 5. Vide quoque Epiſt. ad Timoth. cap. 1. v. 20.

(3) II. ad Cor. cap. 2. v. 10. ſqq Eadem autem in Epiſt. ad Corinth. II. Cap. XIII. v. 10. „ Hoc, *inquit*, „ abſens ſcribo, ut praeſens non durius agam ſecundum poteſtatem, „ quam dedit mihi Dominus in aedificationem, non in deſtructionem „. Quare Tertullianus in V. contra Marcionem Libro Cap. XII. „ Formam Legis, *inquit*, adhuc tenet „ Galatarum caſtigator (Apoſtolus), „ in tribus verbis praefiniens ſtatutum omne verbum, qui non parſurum ſe peccatotibus comminatur „ leniſſimi Dei praedicator. Immo „ et ipſam durius agendi in praeſentia poteſtatem a Domino datam „ ſibi affirmat. Nega nunc haeretice timeri Deum tuum, cujus Apoſtolus timebatur.

Digitized by Google

rumve induxerit, quod ridendum, atque negligendum esset? De Patribus autem quid loquar, qui gravem cumprimis distractionis ab Ecclesiae coetu poenam esse, ac propterea maximo esse opere metuendam, jam usque a prioribus seculis ecclesiae docuerunt? Tertullianus Apologetici cap. xxxix. disciplinam Ecclesiae veterem in sacris conventibus habendis describens: „ Ibidem, *inquit*, exhortationes, casti„ gationes, et censura divina. Nam et judicatur „ magno cum pondere, ut apud certos de Dei con„ spectu; SUMMUMQUE FUTURI JUDICII „ PRAEJUDICIUM EST, si quis ita deliquerit, ut a „ communione orationis, et conventus, et omnis sacri „ commercii relegetur „. Plena sunt monumenta majorum, qui tribus prioribus seculis claruerunt, hujusmodi sanctionum; idque cum primis ex canonibus constat (1), quos vocant Apostolorum, propterea quod ab iis constituti sint, qui proximi essent Apostolorum temporibus. Quam autem gravis haec poena haberetur ab orthodoxis, quamque proinde non modo non negligeretur, sed etiam timeretur, cum ex Cypriani Epistolis (2), tum ex litteris synodi

(1) Can. xxi. al. xxix. Lib. viii. Constit. Apostol. cap. xlvii. p. 445. Tom. I. Apostolic. Patr. Edit. Amstelod. an 1724. et Can. x ibid p. 443. Can. xxii. al xxx. p. 446. Can. xxiii. al. xxxi. Can. xxiv. al. xxxiv. Can. xxxv. al xliii. p. 448. Can. xl. al. lviii. p. 449. Can. lv p. 450. can. xxi. sqq. p. 450. Can. lxxv. p. 453.

(2) Epist. I. al. lxi. p 3. ſq. Edit. Oxon. an. 1682. et Epist. iii. al. xlv. p. 6. et Epist. xv. al. lxii. p. 9. et

Alexandrinae, cui Alexander Episcopus an. 320. praefuit, perspici plane potest: cujus quidem Synodi in eos Antistites, qui clericos, laicosve a suis Episcopis segregatos reciperent, haec est sententia (1): „Id comministris nostris, qui hoc ausi sint, MAXIMAM INFAMIAE NOTAM inussit, qui non „modo id quod Apostolicus canon non permittit, „faciunt; sed (Arianorum) etiam conatum plane „diabolicum ... vehementiorem efficiunt „. Est vero is canon, quem Patres indicant, Apostolicus x. alias xiiI., qui sic habet: „Si quis clericus, vel „laicus *segregatus* *ἀφωρισμένος*, vel non recipiendus, „discedens, in altera urbe receptus fuerit absque „litteris commendatitiis, segregetur et qui recepit, „et qui receptus est „ Quid? An *maximae infamiae* habendam non esse rationem, dices? Verum quotus quisque tam contaminatus scelere, tamque insigniter impudens, atque effrons est, quem infamia non vehementer commoveat? Age vero annon *maximae infamiae nota inusta* fuit iis, qui secus atque canon posceret, fecissent, propterea quod canone ipso indicta iisdem esset *ἀφωρισμοῦ excommunicationis*, seu separationis animadversio? Ac de cognita quidem superioribus seculis, ac pertimescenda

Epist. xxxiv. al. xxxiiI. p. 68. et Epist. xLi. al xxviiI. p. 80. et Epist. xLiiI. al. xL. pag. 84.

(1) Tom. I. Conciliot. pag. 298. Edit. Paris. 1714.

excommunicationis gravitate hactenus. Quae sane quantum apud Principes etiam viros valuerit, testes esse locupletes possunt Eusebius Caesariensis lib. VI. Histor. Ecclesiast. Cap. XXXIV. pag. 259. S. Basilius Magnus Epist. LXI. alias XLVII. ad S. Athanasium pag. 156. Tom. III. Opp. Edit. Paris. an. 1730. quo loco de Libyae Praefecto agens, cui ob scelera, sanctus idem Athanasius aqua, atque igni interdixerat: *satis*, inquit, *magna illi infamiae nota, dum ipsae litterae*, (excommunicationis) *ubique leguntur*; *omnino autem, etsi non eum protinus tangant inflictae poenae, quemadmodum Pharaonem; certe aliquando gravem, et acerbam ei retributionem imposterum ferent*. S. Jo. Chrysostomus *Orat. in S. Babylam contra Julianum, et contra Gentiles n.* VI. *Tom.* II. *Edit. Paris. ann.* 1718. *p.* 545. S. Ambrosius Epist. LI. ad Theodosium Imperatorem n. V. sq. p. 1079. Edit. Venetae an. 1751. Tom. III. Paulinus in S. Ambrosii vita n. XXIV. pag. VII. in Append. ad opera ejusdem S. Ambrosii Tom. IV. Edit. ejusd. Synesius epist. LVIII. pag. 201. et LXVII. pag. 208. sqq. edit. Paris. an. 1640. S. Gelasius P. M. Epist. VII. ad Episcopos Dardaniae p. 913. Tom. II. Concilior. edit. Paris. an. 1714. Theodoritus lib. V. Histor. Ecclesiast. Cap. XVIII. pag. 190. sqq. edit Taurin. an. 1748. Synod. Valentina an. 584. Tom. III. Concilior. edit. Paris. ann. 1714. pag. 457. Concilium Toletanum III.

an.589. can.21. p.483. Tom. III. Concilior. edit. ejusd. et Concilium Tolet. XII. an.681. can. IV. pag. 1720. sq. et Concil. Tolet. XIV.an.683. canon. IX.p. 1744. Sed est nobis indicandorum monumentorum ejusmodi faciundus modus, ne nimium longi simus. Sunt enim perplura cujusvis aetatis, eaque sane illustria, quibus (agat quod volet imperita temeritas) obducere profecto tenebras nullo modo possit. Interea consuli Acta Cleri Gallicani cuperem Tom. XII. p. 10. Edit. Paris. an. 1740. et p. 569. sq. quo loco sic Clerus idem Ludovicum XIV. Regem sane Magnum, praesente Matre, alloquitur „ Nous serions „ prévaricateurs de la cause de Dieu, de la dignité „ de notre charactere, de la liberté Ecclésiastique, „ si nous ne vous disions, que les immunitez (de „ l' Eglise) sont aussi anciennes que le Christia- „ nisme; que ses privileges ont percé tous le siecles „ qui les ont respectés; qu' ils ont été établis, et „ continués par toutes les Loix Royales, Imperiales, „ et Canoniques; que leurs infracteurs ont été frap- „ pés d' *Anathême* dans les Conciles. etc.

Jam vero si Episcopis Alexandriae, Caesareae, Mediolani, Cyrenes etc. jus est prohibendi sontes communione sacrorum (1), quanto erit magis *Sedis*

(1) Renatus Massuetus Gallus Monachus Congr. S. Mauri vir doctissimus Grabium haereticum refelleus ajentem jurisdictionem Pontificis Romani angustis finibus fuisse comprehensam, non vero latissime patuisse,

illius Praesuli, quem cunctis Sacerdotibus, et Divinitas summa voluit praeeminere, et subsequens Ecclesiae generalis jugiter pietas celebravit? (1) Atque tu quidem ceterique tui similes male Sanorum libellorum subdoli compositores, etiam, atque etiam consideretis velim, quid Gelasius Sanctissimus Pontifex ad Faustum Magistrum de Schismaticis orientalibus scripserit: *cogitent, quis si in eis Religionis est sensus, ne pravitatem nullatenus deponentes, apud Deum, et homines Sedis Apostolicae perpetua constitutione damnentur* (2). *Ineptias autem suas sibi servent, nisi resipiscant potius cogitantes, Christi vocem non esse superfluam, quae confessioni B.Petri Apostoli inferni portas numquam praevalituras asserit; quapropter non veremur, ne Apostolica sententia resolvatur, quam et vox Christi, et majorum Traditio, et Canonum fulcit auctoritas* (3). At Gelasio totus oriens restitit. Nego enim vero. Agnovit enim Oriens Pontificis auctoritatem. Hoc curavit, ut ne Gelasius Acacii nomen deleri e sacris Dyptichis pateretur. Negavit Pontifex laturum se, quod doctrinae repugnaret, institutis-

eamque ob rem excommunicationem a Victore in Asianos latam minus valuiese; multis ostendit plane ad veritatem, Grabium magno in errore verſari. Dissert. III. in opera S. Irenaei Artic. IV. n. 35.

(1) S. Gelas. Epist. IV. ad Anastasium Imperat. T. II. Concilior. p. 893.

(2) S. Gelaſ. Epist. ad Faustum Magistrum Tom. eod. concilior, pag 886.

(3) S. Gelaſ. ibid.

que majorum. Itaque ne sejuncti a capite viderentur et essent, cessere tandem; cum resistere se Apostolicae Sedi pernoscerent nequire, quin una Christi praeceptis, institutisque resisterent.

Sed artes, nescio quas, commemoras, quas nunc demum detectas esse scribis. Verum nisi artium nomine id, quod est a Patribus traditum, quodque postulat pietas, ac religio, intelligas; quid demum intelligas, ne suspicari quidem possum. Nam hactenus quae velut usurpata a Pontificibus objecisti, huc tandem recidunt. Quod si aliud quidpiam artium indicare voluisti vocabulo, cur illud taces?

Quod addis de Ditionibus Principum, quae, ut narras, exhaustae argento, debilitatae, fractae fuerint; deque legionibus Monachorum, quas rursum commemoras, commenticium est, confictumque calumnia. Atque sic tibi confirmo (1), multo locupletiores regiones quasque fuiſse superioribus seculis, quam nunc sint; legionesque illas Monachorum rebus publicis plurimum attulisse non ornamenti modo, sed etiam commodorum. Luxu sunt imminutae civitatum opes, non vitio Monachorum, Ministrorumque Romanae Ecclesiae, a qua, si rationes conferre, subducereque bona fide velis, comperies,

(1) Hujusce rei clarissima mihi suppetunt, eaque certissima monumenta, quae afferam si opus fuerit. Nam modo, ne longior sim, praetermittenda esse duco.

multo plus regnis, Rebusque, publicis datum fuisse, quam acceperit. De Monachis cum supra disputatum sit, mitto dicere.

Nunc illud ex te sciscitor, qua tu fronte ex iis quae hactenus congessisti, quaeque plena esse ostendi erroris, et mendaciorum, concludere te arbitraris posse: diu Pontificem habitum ad haec usque tempora talem fuisse, qualis revera non sit? Quotus autem quisque Catholicorum est, qui non talem confiteatur esse Romanum Pontificem, qualem orthodoxi omnes quibusque temporibus crediderunt? hoc est *visibilem Pastorum Patrem, ac Principem*, Praesulem Ecclesiae universae (1), Apos-

(1) Videatur S. Baſilius Epist. LXX. al. CCXX. ad Damaſum pag. 163 T. III. opp. Edit, Pariſ. an. 1730. quo loco Pontificem *honorandum in primis* τιμιωτάτον patrem πατέρα vocat. Hinc Damaſus Orientales Epiſcopos FILIOS maxime honorandos appellat. Epist. XIV. n. 1. p. 57. T. I. Collect. Epistolar. Roman. Pontiſ. Edit. Paris. an. 1721. Africani Episcopi PATERNA *ad ſe caritatis* ſollicitudine scripsisse Anastasium Papam I. testantur an. 401. Cod. Eccl. Afric. Cap. LXV. p. 899. Tom. I. Concilior. Edit. Paris. an. 1714. Quid? Si Patres Synodi Chalcedonensis filios ſe Pontificis Leonis dicant in extrema Epist. Synodica Tom. II. Opp. S. Leonis pag. 290. Edit. Rom. an. 1755. Quin etiam Epiſcopi veteris Epiri in Litteris ad Leonem Augustum, Leonem Papam sanctissimum, et post Deum, patrem ſuum dixerunt T. II. Concilior. p. 765. Adde Episcoporum Hispan. ad Hilarum Papam an. 465. datas littetas Tom. eod, p. 801. & Acacii Constantinopolitani ad Simplicium Papam an. 475. ibid. p 804. Synod. Epiri veteris an. 516. Hormisdam Pontificem *Patrem Patrum*, et Principem Epiſcoporum appellavit T. eod. p. 1027. quod item fecit Synod. Constantinopol. an. circiter 516. ibid. p. 1035. Mitto cetera monumenta, quae ſunt prope innumerabilia.

Digitized by Google

tolorum Principis successorem ; Fidei custodem, caput Ecclesiae universae, cujus maximae sunt praerogativae, planeque divinae ; praefectum a Christo gregi universo ; primum Episcopum primatu non solum praesidentiae, sed etiam jurisdictionis, qui vigilantia, potestate judicio suo unitatem tuetur, cum centrum sit catholicae consociationis, cum quo qui non colligit, spargit ; cujus cathedram qui deserit, is in Ecclesia esse desinat ; cui affixus est *primatus ordinis, et potestatis* (1) ; *ad quem omnem Ecclesiam convenire necesse est propter potiorem ejus principalitatem* (2) ; et in qua semper Apostolicae cathedrae viguit principatus ; et quae *petra est, quam non vincunt superbae inferorum portae* (3). Longum est iter ad cetera (4). Itaque modum factuius, hoc addam unum : dogma esse fidei Catholicae, Scripturarum sacrarum, Patrum, Synodorum auctoritate, aetatumque omnium consensione firmatum : *ipsum Romanum Pontificem in universum orbem tenere primatum, et ipsum Pon-*

(1) Vide quae ex media antiquitate monumenta collegit Mamach. Tom. V. Antiquitat. Christianar. pag. 531. ſqq. et Tom. I. Epistolar. ad Febronium pag. 168. 171. 173. 175. ſqq.

(2) S. Irenaeus Lib. III. contra Haereses. Cap. III. pag 175. Edit. Venetae an. 1734.

(3) S. Augustin. Epist. LIII. ad Generoſ. n. 2. p. 91. Tom. II. et Pſ. contra Donatistas Tom. IX. opp. p. 5. Edit. Antuerp. an. 1700.

(4) Confer Franciſci Harlaei Archiep. Rotomag. Apolog. Evang. L. II. p. 235. ſqq. Edit. Pariſ. an. 1625.

tificem Romanum successorem esse B. Petri Principis Apostolorum, et verum Christi vicarium, totiusque Ecclesiae caput, et omnium Christianorum patrem, et doctorem existere, et ipsi in B. Petro pascendi, regendi, ac gubernandi universalem Ecclesiam a D. N. Jesu Christo PLENAM POTESTATEM *traditam esse* (1). Haec notio Pontificis Maximi est, quae inducta a Christo manavit in omnes aetates, invitisque studiosis novarum rerum, perseverabit apud veros Catholicos ad mundi usque extremum diem.

At Principes seculi divinitus sunt consequuti regendorum populorum potestatem; nec vero, praeterquam Deo, reddere cuiquam adstringuntur sui regiminis rationem. — Quis hoc negat (2)? Verum quemadmodum potestates institutae divinitus sint, docent Patres, in primis autem Chrysostomus (3), et S. Isidorus Pelusiotes (4). Atque est illud etiam animadvertendum, quod, ceteris Patribus assentientibus (5), scribit in Scorpiac. Cap. XIII. Tertullia-

(1) Vide Synod. Lugdun. II. an. 1274. Tom. VII. Concilior. p. 695. sqq. Edit. Parif. an. 1714. et Florentinae oecumenic. definitionem Tom. IX. eiufd. collection. concilior. pag. 425.

(2) Vide Innocent. III. Lib. I. Decretal. Gregor. IX. Tit. XXXIII. de majorit. et obed. cap. VI.

(3) Homil. XXIII. in Epist. ad Roman. n. I. p. 686. Tom. IX. opp. Edit. novae Parif.

(4) Epist. CCXVI. Lib. II.

(5) Vide etiam Originem Lib. VIII. contra Celsum. n. LXIII. Tom. I. oper. Edit. Parif. Monachor. Gongreg. S. Mauri; Acta S. Acathii Martyris

De potestatibus saecul. Quam harum late patet auctoritas?

nus: „ Plane monet (Apostolus) Romanos, omnibus potestatibus subjici, quia non sit potestas, nisi a Deo. Deinde subjicit, quomodo velit te subjici potestatibus, reddere jubens cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal, idest quae sunt Caesaris Caesari; et quae Dei, Deo „ Itaque subjici iis Christianum oportere, adjungit; sed ab iis exigi, *ut suis rebus insistant*. Et lib.I. De Idololatria Cap. xv. „ Quod attinet, inquit, *ad honores Regum, vel Imperatorum, satis praescriptum habemus, in omni obsequio nos esse oportere, secundum Apostoli praeceptum, subditos magistratibus, et principibus, et potestatibus*; SED INTRA LIMITES DISCIPLINAE. Jam vero si Princeps laicus in jus invadat Ecclesiae, adeoque *non insistat rebus suis*, neu se *intra limites disciplinae* contineat; cur non erit ei, ex majorum sententia, (1) reddenda Ecclesiae ratio?

num. I. pag. 129. ſqq. collect. Ruinart. Actor. SS. Martyr. sincer. Edit. Veron. Epistolam S. Dionysii Alexandrini Epiſc. Ibid. pag. 157. Acta S. Genesii num. 3. ibid. pag. 237. Acta SS. Martyrum Agaunensium num. IV. Ibid. pag 243.

(1) Conſer Osium Episcopum Cordubenſem Epist. ad Constantium Augustum apud S Athanasium Histor. Arianor. ad Monachos num. 44. T.I. p. 370. Edit. Paris. an. 1698. S. Athanasium ipsum ibid. num. 18. p. 354. sq. et n.33 seq. pag. 373 et S. Ambrosium Serm. contra Auxentium num. XXXVI. pag 926. Tom. II. Oper. Edit. Venetae an 1751. quo loco Principem *Filium Ecclesiae intra Ecclesiam*, dicit *esse*; *non supra Ecclesiam* - et Epist. XX. ad Valentinianum Junior. num. 4 et ſqq. quo loco „ certe, inquit, si vel Scriptu-

* *Per summam injuriâ Anonymus in extraneis numerat Pontificem, cum etiâ agitur de colenda Religione.*

IV. At non est, inquis, cur quisquam existimet, peti jure a Principe posse, ut *extraneis* declaret, quam ob causam hoc, illudve statuerit, quod fidei articulos non attingat, immo vero tollat abusus, efficiatque, ut restituto veteri splendore, illustretur, ac refloreſcat majorem in modum religio.

Equidem vereor, ne tu hoc loco Pontificem Maximum in *extraneorum* reiicias numerum. Id si catholici sit (1), tute videris. Catholicorum certe nemo

„ rarum ſeriem divinarum, vel veтera tempora retractemus, quis est, „ qui abnuat, In causa fidei, in cauſa, inquam, fidei Episcopos solere „ de Imperatoribus Christianis, non „ Imperatores de Episcopis judicare „. S. Augustinum Epist. XLIII. alias CLXII. ad Glorium, et Eleusium cap. VII. num. 10. pag. 73. Tom. II oper. ubi is de Constantino Magno agens, qui judex in causa Ecclesiastica de Caeciliani Carthaginiensis Epiſcopi innocentia, sederat: „ neque enim, *inquit*, „ auſus est Christianus Imperator „ sic (Donatistarum) tumultuosas, „ et fallaces querelas ſuſcipere, ut „ de judicio Episcoporum, qui Romae ſederant, ipſe judicaret, „ Atque ut eis (Donatistis) ipſe cessit, „ ut de illa cauſa post Epiſcopos judicaret, a Sanctis Antistitibus veniam postea petiturus. „ Quid autem hoc est, nisi fateri, teneri Principem Episcopis, quorum jura sibi assumpserit, reddere rationem.

(1) Confer Bossuetium Histor. des Variations etc. Lib. X. n. XIII. et L. VII. n. XVII. et Cleri Gallicani alloquutionem an. 1651. ad Regem Ludovicum XIV. T. XII. Actor. Cler. p. 590., quae sane sic fert alloquutio: „ Majestas tua, quae augusto titulo „ Primogeniti Ecclesiae gaudet, patieturne umquam, ut novo audaciae genere In Regno tuo, velut „ EXTRANEUS PRINCEPS habeatur Papa, posteaquam per tot „ secula agnitus veneratione singulari est Caput Ecclesiae visibile, „ ſuccessor PRINCIPIS APOSTOLORUM, SUPREMUS ANIMARUM PASTOR, PATERQUE COMMUNIS OMNIUM „ FIDELIUM? Quo tandem hujusce clausulae tendit ultro simulata „ obscuritas, niſi ad excitandum „ schisma „?

est, qui dum praesertim de Religione, deque iis agitur, quae ad religionis ejusdem decus, amplitudinemque conferant, *extraneum* sibi arbitretur esse Ecclesiae universae *Caput*, qualem esse Pontificem Romanum docent Synodi Oecumenicae, Scripturaeque novi Testamenti, et constans, latissimeque propagata divina Traditio.

Quaero nunc abs te, quo tu judice fidas, qui statuat, attingat ne, an non attingat dogma Religionis id, quod Princeps, specie illustrandae ejusdem religionis, tolli jubet? Laicone judice? Sed Novatorum is error est: laicos de Religionis doctrina sedere judices posse ajentium. An Ecclesiastico? Quo demum, rogo? si, cum Pastorum Ecclesiae id munus sit proprium, tu e numero judicum excludas Pastorem Pastorum, Ecclesiaeque universae caput?

Age vero, exponito, de quibus abusionibus loquare? Cur taces? Nimirum metuis, ne si eas commemores, sint, qui vincant, rejici abs te in censum abusionum ea, quae non solum ipsa per se plurimum attulerint, afferant utilitatis, conducantque ad splendorem, ac decus Ecclesiae; verum etiam nexa, atque colligata cum Religionis doctrina sint, eamque ob rem a Patribus commendata, auctoritateque firmata Conciliorum. Quod si negas, facito periculum. Nihil me frustra dixisse, experiere.

At Schmidtius in Historia contra statuit, fretus

illustribus monumentis. Quid is statuat, nihil moror. Mihi certum est, non quid novi quidam scriptores, heterodoxi praesertim, sed quid Patres (1), quid Synodi (2), quid Traditio divina, quid Scripturae postulent (3), consectari.

Mētitur Anonymus ajens, Pōtifices fuisse aliquando originē Schismatum:

V. Quod scribis de Pontificibus, quasi schismatum fuerint origo, ob res, quae ad Religionem non pertinerent; vage deerrat, propterea que indignum responso est. Quidni tu perspicue eloqueris, quinam illi Pontifices fuerint, quasque ob causas restiterint iis, qui auctores inde fuere secessionis? Equidem, si eos nominaris, certo scio, facile me esse demonstraturum: ob graves causas, quae de Religione essent, vel quae Religionem aliqua ratione attingerent, eos ipsos Pontifices male animatis hominibus, iisque in Ecclesiam novi quidpiam molientibus restitisse.

Falcemque, Bernardo teste, immisisse in alienam messem.

VI. Sed Bernardus, inquis, Pontifices monuit, ne falcem in alienam messem immitterent. Miror abs te nominari rursum Bernardum, quem, me monitore, didicisti adversari vehementer tibi. Confer, oro te,

(1) Iren. Tertull. Origenes, Cyprianus, Osius, Athanasius, Liberius Pontifex, Eusebius Vercellen. Paulin. Trevir. S. Martinus Turon. etc.

(2) Alexandrina ſub Alexandro an. 320. Epheſina oecumenica etc.

(3) Quarum ſunt illustria loca de audiendis ſacris Pastoribus, qui ſunt lux Mundi, de Petro data paſcendarum, regendarumque ovium potestate, deque poſitis a Spiritu sancto Epiſcopis ad regendam Ecclesiam Dei.

ejus Epistolas ccxx. ccxxi. ccxxiii. ccxxv. (1), perspiciesque, quam ille aperte abs te dissideat, dum ea retinenda, religioseque servanda praedicat, quae tu tollenda, quasi abusionis plena sint, arbitrare. Lege libros de Consideratione secundum (2) et tertium (3), et Epist. xlii. (4) xlix. (5) cxxxi. (6), cxxxvii. (7). clxxxviii. (8), clxxxix. (9), cxc. (10), ccxxxvii. sqq. (11), ccxlii. sqq. (12), et cclvi. (13); comperiesque, quam ille vere, quam magnifice, quam apte ad sacra Biblia, Majorumque Traditionem, contra atque tu finxeris, demonstrarit, quid sit Papa, quamque magna sit instructus divinitus potestate. At Bernardo, inquis, auctore, Pontifices in jura irruerunt aliena. Cedo Bernardi locum. Sed tu ne indicas quidem, quo in Bernardi libro is locus extet. Nescis, profecto. Non ergo legisti. Qui enim legi abs te potuisset, quod nusquam scriptum a Bernardo fuit? Et audes tamen fide, tam mala, eum, cujus locum non legeris, quasi legeris, dicti tui appellare testem? Sed missa haec faciam.

(1) Pag. 1577. ſqq. Edit. Antuerp. ann. 1616.
(2) Cap. viii. pag. 871.
(3) Cap. I. pag. 875. ſqq. et cap. v. pag. 882. seq.
[4] Pag. 1433.
[5] Pag. 1439.
[6] Pag. 1515.
[7] Pag. 1517.
[8] Pag. 1544.
(9) Pag. 1549.
(10) Pag. 1549. ſqq.
(11) Pag. 1589.
(12) Pag. 1594.
(13) Pag. 1609.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Illud nunc scias volo: Quod *de falce in alienam messem non* immittenda innuis, id extare in Bernardi extremo sexto capite prioris libri *de Consideratione*; sed non esse ejusmodi, quale tu comminiscere. Non enim eo spectat, ut juris quidpiam adsumpsisse sibi Pontifices indicet, quod ad ipsos non pertineret; sed ut ostendat, Pontificem, etsi possit, non tamen decere, ut tempus in civilibus causis cognoscendis, judicandis, expediendisque terat; cum ipsum oporteat, Ecclesiasticis, quae longe sunt potiores, insistere. Quare mox S. Doctor Eugenium alloquens, *non quia indigni vos*, inquit, *sed quia indignum vobis talibus insistere, quippe in potioribus occupatis* (1). Abi modo, ac si pótis es, Bernardo patrono utere (2).

At Apostoli obediendum esse docuerunt Dominis etiam discolis. Fateor (3). Quid? An etiam quidquam contra Religionem jubentibus? Id non

(1) Pag. 862.

(2) Hujus ego de praestanti Pontificis auctoritate illustria supra deſcripsi loca Epist. 11. num. VI. pag. 103 sqq Tom. I.

(3) Vide Tertull Lib. I. De Idololatr. cap. XIV et Origenem Lib. VIII. contra Celſum n. 65. quo loco: „ ubi *inquit*, nihil a nobis exigitur religio- „ ni, et Verbo Dei contrarium, non „ ea nostra insania est, ut contra „ nos ipſos Regis, aut Dynastae iram „ concitemus ... Legimus enim, omnis „ anima praecellentibus potestatibus „ subdita sit „ Mitto S. Polycarpi testimonium Act. Martyr. num. 10. apud Ruinartium p. 199. Edit. Amstelod. an. 1724. Patrumque reliquorum Justini, Tatiani, Theophili etc. ea de re dicta, ne longior sim quam oporteat. Vid. cap. V. Act. Apost. v. 29.

audes dicere., Hoc, inquis: veros Christianos debere potius exemplo primorum Christianorum subire Martyrium, quam rebellare. Est ita plane. Verum est item Principis Catholici, in iis quae ad sacra pertinent, Pontificibus obtemperare, eorumque tueri decreta, non abrogare, neve negligere, neve immutare, neve pervertere (1). Haec Christi praeceptio

(1) Hoc Patres omnes praedicant, Osius, Athanasius, Dionysius Mediolanensis, Euſebius Vercellensis, Lucifer Calaritanus, Hilarius Pictaviensis, Martinus Turonensis, Ambrosius Mediolanensis, Johannes Chryſoſtomus, Augustinus, ceterique. Atque hoc idem agnoscunt, et confitentur Imperatores Constantinus, Valentinianus I., Gratianus, Theodosius Senior, Honorius, Theodosius Junior, Valentinianus III., Marcianus &c. ipſeque Theodoricus Gothorum in Italia Rex, quamvis Arianus. S. Gelasius I. Epiſt. II. ad Faustum Magistrum pag. 886. T. II. Concilior. Edit. Paris. ann. 1714. „ Quaero, *inquit*, ab his, judicium, „ quod praetendunt (de Acacii no„ mine e dyptichis non tollendo) „ ubinam possit agitari? . . Siquan„ tum ad religionem pertinet, non„ nisi Apostolicae Sedi juxta canones, „ debetur ſumma judicii totius. Si „ quantum ad seculi potestatem; il„ la a Pontificibus, et praecipue a „ B. Petri Vicario debet cognoſcere, „ quae divina sunt, non ipſa eadem „ judicare; nec sibi hoc quiſquam po„ tentissimus seculi (qui tamen chris„ tianus est) vendicare praeſumit, „ nisi Religionem forsitam perse„ quens . . . Ineptias itaque ſuas sibi „ ſervent, nisi resipiscant, potius „ cogitantes, Christi vocem non esse „ ſuperfluam, quae confessioni B. „ Petri Apostoli inferni portas num„ quam praevalituras asseruit: qua„ propter non veremur, ne Apostoli„ ca sententia resolvatur, quam et „ vox Christi, et majorum traditio, „ et canonum fulcit auctoritas, ut „ totam potius Ecclesiam ſemper ipſa „ dijudicet &c. „ Quamobrem jam uſque ab initio christiani nominis Patres ad doctrinam, fidemque confugiendum dixerunt, quae successione Pontificum Apostolicae Sedis comprobaretur. Conſ. S. Irenaeum L. III. Cap. III. contra Haereses pag. 175. Edit. Venet. an. 1734. Tertullianum Cap. XXXII. et XXXVI. Praescription. veterem Scriptorem carminum contra Marcionem Lib. III. pag. 635.

est, qui Apostolos alloquens (apud Luc. x.16.) *qui vos*, inquit, *audit, me audit; qui vos spernit, me spernit*. Atque sacrorum quidem Antistitibus, non Principibus seculi dictum a Paulo est: „ Attendite vobis, „ et universo gregi, in quo vos posuit Spiritus „ Sanctus Episcopos regere Ecclesiam Dei „. Actor. Apostolic. cap. xx. v.28. Quin etiam a Paulo ipso, instinctu Spiritus Sancti, jussi fideles quilibet sunt, ut *obediant praepositis suis, eisque subjaceant*. (Epist. ad Haebreos cap.xiii. v.17.) Qui namque resistant iis, quos Christus *magistros fidei, pastoresque* constituit *populorum*? (S. Athanas. Histor. Arianor. ad

Opp. Tertull. Edit. Venetae an. 1744. et quae ex Christiana Antiquitate de Victore, de Fabiano, deque Dionysio Pontificibus collegere Renatus Massuetius Diссert. iii. in opera S. Irenaei Artic iv. n. 31. ſqq. et Petrus Coustantius Tom. i. Epiſtolar. Romanorum Pontif. pag. 118. ſq. et p. 171. ſq. Sed longus essem, si Synodi Arelatensis, si Julii I. si Liberii, si Damasi, si Siricii, si Anastasii I. si Innocentii item I. si Synodorum Carthaginiensis, Milevitanae etc. si Augustini, si Zosimi, si Bonifacii I. si Caelestini, si Ephesinae Synodi Oecumenicae, si Xysti iii. si Leonis I. si Synodi Chalcedonensis, si Hilari, si Synodi Tarraconensis ſub Hilaro, si Simplicii, Gelasii, Symmachi, Aviti Viennensis, Caesarii Arelatensis, Synodorum Romanarum sub Symmacho, si Hormisdae, si Possessoris Africani Episcopi, si Archimandritarum Syriae, si Johannis Constantinopolitani Episcopi, si Epiphanii Episcopi item Constantinopolitani, si Justiniani Imperatoris, Synodi Arausicanae, Sinodi Constantinopolitanae ſub Menna, si S. Gregor. Magni, Synodi Lateranens. ſub Martino I. Synodi vi. si omnium denique conciliorum, ſcriptorumque Ecclesiasticorum quorumvis temporum testimonia vellem describere. Descripsi autem supra permulta, describamque deinceps, si opus fuerit; planeque constabit, quanto Anonymus in errore, quantaque in perversitate doctrinae verſetur.

Digitized by Google

Monachos n.46.) Quid? Si non Tiberio, neque aliorum Principum cuiquam; sed Petro dictum a Servatore ipso Generis humani Christo est: *pasce oves meas, pasce agnos meos*. (Johan. Evang. cap.xxi. v.17. sq.); et *tu* aliquando conversus confirma fratres tuos. (Luc. cap.xxi. v.22.) Id vero Petri privilegium, non in ullum pincipem seculi, sed in ejusdem Petri successorem Romanum Pontificem permanavit, ut divina fert Patrum, Synodorumque consensione firmata Traditio. Quare Hieronymus in Epistola ad Damasum Papam (1): „ Ego nullum „ primum, *inquit*, nisi Christum sequens, Bea„ titudini tuae, idest Cathedrae Petri communio„ ne consocior, super illam petram aedificatam Ec„ clesiam scio. Quicumque extra hanc domum a„ gnum comederit, profanus est ... Non novi Vi„ talem, Meletium respuo, ignoro Paulinum, (erant „ hi Episcopi). Quicumque tecum non colligit, „ spargit, hoc est, qui Christi non est, Anti„ christi est „. Horum similia sunt persequuti Irenaeus, Athanasius, ceteri, quorum seriem sane longam darem, nisi ea, quam mihi praestitui, brevitas esset impedimento.

Age vero, quis, obsecro, est, qui auscultare se dicat, obedire, subjacere iis, quorum decreta

(1) Epist. quae inter Damasianas est x. Tom. 1. Epistolar. Rom. Pontif. pag. 546. Edit. Parif. an. 1721.

aut abroget, aut pervertat, aut immutet, aut negligat? Vel qui regi se ab Episcopis testetur, quorum instituta delenda putet? Vel qui pasci a Petro, ejusque successoribus, confirmari, cumque iis colligere sese praedicet, quorum praescriptis de disciplina, deque moribus sibi esse insistendum neget? Est id profecto, regere se sacrorum Praesides velle, non regi ab iisdem Praesidibus; pastorem se constituere, non profiteri, se ovem esse; repugnare, non obedire; dominari, non subjacere; spargere, non colligere. At Christus, ut vidimus, praecipit, et Spiritu Christi ducti Apostoli docent, audiendos esse Antistites Ecclesiarum, iisque esse obediendum, ac pasci nos a Petro, regi, confirmari etc. oportere.

Quid tu? Rursum ne Bernardo patrono gloriabere? Sed quo demum ore? Nam is longe abs te discrepat. Sic enim scribit ad Conradum Romanorum Regem: „ Legi: omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit; et qui potestati resistit, „ Dei ordinationi resistit. Quam tamen sententiam „ cupio vos, et omnimodis moneo custodire in exhibenda reverentia summae, et Apostolicae Sedi, et „ B. Petri Vicario, sicut ipsam vobis vultis ab universo servari imperio. *Epist.*CLXXXIII.

Commenta sua veritates audet appellare Anonymus, cum ta-

VII. Et *veritates* tamen appellare commenta ista tua, easque veritates satis esse infimi etiam ordinis hominibus perspectas, et cognitas dicere non verere?

Quae autem est, nisi impudens ista est fingendi, ac sese inaniter jactandi ratio? Nam summi, medii, infimi, uno verbo omnes, qui vel leviter sint catholicae Religionis dogmatibus, decretis, institutisque imbuti, facile et agnoscunt, et confitentur, nihil inesse in iis, quae tute fidenter affirmas, veri; immo esse eadem plane falsa, magnamque partem inimica Scripturis, Traditionique majorum, exque fontibus hausta hostium orthodoxae religionis. Sed his de rebus nimium disputavimus. Itaque desinam. Interea ut sedatiore animo, considerate, atque studiose hanc Epistolam legas, velim. Nam id si feceris, plane prospicio, esse ipsam tibi plurimum profuturam. Vale, ac ne dubita fore, ut quintae tibi nostrae litterae propediem reddantur.

men et Scripturis, Traditionique adversaria sint, haustaque e fontibus hostium verae Religionis.

Idibus Juniis 1786.

EPISTOLA V.

PISTUS ALETHINUS ANONYMO S. D.

Accusantur Monachi ab Anonymo, quasi dites sint, et nihilominus mendicando molesti esse civibus soleant. Undenā haec sit orta calumnia? Hāc Patres sustulere.

I. Sperabam, te finem aliquando debacchandi in Coenobitas facturum. Ecce autem de integro. At est id proprium transfugarum, ut eos insectentur, ac mordeant, quos diu ferendos non putarunt reprehensores licentiae vivendi, procacitatisque suae (1). Sed Coenobitarum, inquis, alii dites sunt, alii sese ad mendicitatem detruserunt. Indigne vero patiuntur homines e plebe, urgeri continenti labore se, cum Coenobitae otio inertissimo diffluant. Quin etiam mones, dites ipsos monachos mendicando graves civibus esse solere. Neminem vero hoc tempore tam esse stupidum, tamque fanaticum doces, ut nisi quidquam iis largiatur, metuat sese in discrimen venturum sempiternae salutis suae.

Jam quod supra animadverti, ab hostibus orthodoxae Religionis accepisse multa te, eaque in tuum istud opusculum transtulisse, id nunc abs te ipso majorem in modum confirmari video. Scilicet ista Monachis maledicendi effrenata temeritas ex ethnicis

(1) Vide S. Augustin. in Psal. xcix. num. xii. pag. 809. Tom. iv.

profecta in sectas pervasit haereticorum. Zosimus inanium Deorum cultor, idemque mendax historicus (1), non secus atque tu modo, Monachos uti circumfluentes divitiis, inutilesque reipublicae maledico dente lacerat; quos tamen Patres (2), ac Synodi ejus, supe-

[1] Lib. v. Hiſt. cap. xxIII p. 567. Edit. Jenen. an. 1679.

[2] Confer S. Athanasium Epist. ad Dracontium n. 7. pag. 210. T. 1. P. 1. oper. Edit. Patav. an. 1777. et in Vita S. Antonii Abbatis n. 69 pag. 677. et n. 87. pag. 688. Gregor. Nazianz. orat. 1x. pag. 159. S. Johan. Chrysostom. adversus Oppugnatorem Vit. Monast. Lib. 1I. num. x1. p. 96. sqq. Tom. I. Opp. Edit. Montfaucon. Paris. et num. x1I. pag. 99. ſqq et n. xv1I. pag. 109. S. Hieronym. Epist. xxIv. ad Paulam pag. 551. Tom. Iv. opp. P. 1I. pag. 551. Edit. Pariſ. an. 1706. quo loco: flos quidam, *inquit*, et pretiosissimus lapis inter ecclesiastica ornamenta Monachorum, et Virginum chorus est. Nec vero Patres, Basilius, Petrus Alexandrinus, Euſebius Vercellensis, Martinus, Basilius, Gregorius Nazianzenus, Ambrosius, Augustinus in constituendis Monasteriis, propagandiſque Monachorum institutis tantum curae, laboris, operae consumpsissent, nisi magnas inde in Ecclesiam, Remque publicam inferri prospexissent utilitates. Quam fuerint Monachi Christianae Reipublicae salutares Concilii Ephesini temporibus, ex Actis ejusdem Concilii plane constat. Confer ejus Synodi Ep. ad Dalmatium Archimandritam Act. I. Tom. I. Concilior. Edit. Paris. an. 1714. Quod si aliqui eorum postea lapsi cum Eutyche sunt, pars tamen maxima malis restitit, ecclesiaeque commodo, et utilitati singulari fuit. Videatur S. Leonis Epist. xLvIII. pag. 197. et sq. et LIII. ad Archimandritas Constantinop. pag 234. sq. Edit. Rom. an 1755 Quam vero Monachi Catholicae Ecclesiae causam Sec. VI. juverint, liquet ex litteris Monachorum Syriae, ex Responsis Hormisdae Pontificis Tom. II. Concilior. Edit. Paris. an. 1714. p. 1031. sqq., ex vita S. Fulgentii, exque Epiſtolis Monachorum Byzantinorum (Concil. sub Menna an 536. Action. I. Tom. II. Concilior. Edit. Paris. an. 1714. pag. 1194. sqq. et Act. V. pag. 1274. sqq.) et ex litteris Monachor. Antiochenorum ib. pag. 1318. Sed ne longum faciam, hoc unum dicam: septimo, insequentibusque seculis, quae in Ecclesiam, inque Imperium Monachi invexerint commoda ex monumentis Galliae, Italiae,

riorisque aetatis docent, et decus auxisse Ecclesiae, et Imperio utilitatis plurimum attulisse. Ethnicis consensere heterodoxi Sabelliani (1), Ariani (2), Vigilantius (3), Donatistae (4), Iconomachi (5), Cathari (6), Viclefitae (7), turbaeque omnes recentium Sectariorum. De Arianis, qui se Christianos esse di-

Hispaniarum, Britanniae, Germaniae etiam, ex Annalibus Benedictinis, reliquorumque Ordinum monumentis, ex Monastico Anglicano Marshami, exque Historiis Academiarum Parisiensis, Oxoniensis etc. sane liquere.

(1) Confer S. Basil. Epist. ccvII. al xxIII. ad Clericos Neocaesarienses n 2. p. 310. sq. T. III. Edit. Paris. an. 1730. ubi Sabellianum haereticum refellens, praeclare de Monachis disserit.

(2) Vide S. Athanas. Histor. Arianor. ad Monachos n. 12. pag. 277. Tom. I part. I. opp Edit. Patav. an. 1777. et num. 72. pag. 306. et Ep. II. ad Lucifer. Calaritan. pag. 770. Tom. eod Part. II. et Vit. S. Antonii Abbatis n. 86. p. 687. et S. Basil. Epist. ccLVII. al. cccIII. ad Monachos ab Arianis vexatos p. 391. sqq. et Ruffinum lib. xI. Hist. Cap. III. et S. Hieronym. in Chronico.

(3) Vid. S. Hieronym. lib. adversus Vigilantium p. 288 Tom. IV. opp. Part. II. Edit. Paris. an. 1706.

(4) S. Augustinus adversus Ep. Petiliani Donatistae Lib. III. cap. XL. n. 48. p. 218. Tom. IX. Edit. Antuerp. an. 1700. scribit hoc modo: „ Perrexit ore maledico in vituperationem Monasteriorum, et Monachorum, arguens etiam me, quod hoc genus vitae a me fuerit institutum „. Vide ejusd. Enarrationem in Psal. cxxxII. n. 3. sqq. pag. 1110.

(5) Confer, qua ex Theophane de Constantino Copronymo excerpsit Baronius ad an. 754. n XIX. et quae de Theophilo extant in Constitutionibus ejus Imperatoriis c. II. post Codicem, et Authent. et Novell. p. 280. Edit. Heinecii Lips. an. 1735

(6) De Catharis, qui e secta erant Manichaeorum Vid. Monetam Lib. V. cap. I. pag. 395.

(7) Confer ejus Articulos damnatos a Concil. Constantiensi Sess. VIII. Art. 20. sqq. Tom. VIII. Concilior. Edit. Paris an. 1714. pag. 300. Legesis etiam acta Concil. Londin. an. 1381. *Tit. Conclusiones Viclefi Erroneae* Art. 1x. sqq. p. 1891. T. VII. Concil. Edit. ejusd.

cerent, sic Basilius ad Monachos ab Arianis iisdem vexatos scribit (1) „ Qui nunc prodierunt, oderunt „ quidem nos aeque ac illi (*ethnici*);sed ad multorum „ deceptionem. Christi obtendunt nomen, ut ne „ confessionis quidem solatium habeant, qui ve- „ xantur. MULTIS, AC SIMPLICIORIBUS IN- „ JURIAM QUIDEM NOBIS FIERI FATENTI- „ BUS „. Id. in Ep. ad Monachos suos (2): „ Ape- „ ruerunt, *inquit*, nonnulli immodica ora sua adver- „ sus conservos. Praedicatur libere mendacium, ve- „ ritas absconditur, et accusati quidem condemnan- „ tur sine judicio; accusatoribus vero creditur sine „ examine „. Ethnicorum, haereticorumque exemplo incitati olim haud pauci persimiles sane tui, qui se catholicos profitebantur, in monachos virus omne suum effuderunt, quos non imminui solum, sed tolli etiam funditus curarunt. Id Johannes Chrysostomus cum graviter tulisset, adversus oppugnatores illos vitae Monasticae in hanc sententiam scripsit „ As- „ syriorum optimates, omnesque ceteri barbari.... „ nolebant finitimos sibi Judaeos multiplicari; nam „ fieri arbitrabantur, ut horum viribus potentia eo- „ rum obscuraretur. Illi Persarum Reges haec volen- „ tes habuere; nostri vero (Principes) contraria peni- „ tus, ut mihi ipse persuadeo, et cupiunt, et optant.

(1) Epist. CCLVII. pag. 395.
(2) CCXXV. al. LXXXII. num. 2. pag. 546.

„ Quapropter magno stupore plenus sum , quod
„ Regibus piam religionem sectantibus,haec in mediis
„ urbibus impune fieri dicas . Quid vero . . . si his
„ mirabiliora didiceris , quod scilicet horum aucto-
„ res pii videri volunt , et Christianos se nuncu-
pant (1) „ ? Cumque essent ea item aetate , qui Mo-
nachos cum insectarentur , tum se dicerent , causam
agere Reipublicae , S. Doctor eos redarguens uti reos
temeratae Religionis : „ Ecquid loquor , *inquit*, de re-
„ ctae institutionis eversione? Periculum enim est, ne
„ illa pestis ab improbis hominibus invecta, ea etiam,
„ quae de providentia Dei a pluribus disputata sunt ,
„ refellat . Usque adeo progreditur ... Omnia susque
„ deque vertit . . . dum hominum linguas non jam
„ contra conservos , sed contra omnibus imperan-
„ tem Dominum armat . Undenam , quaeso , tot
„ illa ubique de fato colloquia ? . . . Cur casum
„ quidam praedicant ? Cur temere , et sine ratione
„ fieri omnia putant ? Propter eos ne , qui probe ,
„ ac moderate vivunt ; an propter eos , quos tu di-
„ cebas , causam tueri reipublicae , ego vero com-
„ munem orbis pestem esse demonstravi ? Itaque
„ non tantum institutionem morum evertunt , sed
„ et piam religionem labefactant . Nec sane pec-
„ cabit , qui eos communes inimicos appellaverit .
„ qui

[1] Lib.I. advers. Oppugnator. Vitae Monast. n. 2. p. 45. T. 1.

„ qui ideo vivunt, ut ceterorum saluti adversen- „ tur, .. execrandaque sua doctrina... eos qui „ secum navigant, demergant (1) „. Quin etiam S.Hieronymus postquam narravit, fuisse, aliquos, qui, cum Paulam ob mortem Blesillae filiae (quam Monachi ad sanctiorem vitam colendam induxerant) flentem vidissent, conclamarent; pellendum esse *detestabile genus Monachorum*; tum *qualem putas*, inquit, *ad istas voces Christum habuisse tristitiam? quomodo exultasse satanam? .. Detestandae sunt istae lacrimae plenae sacrilegio, incredulitatis plenissimae* (2). Quid? Si in Epistola ad *Furiam de Viduitate servanda* (3), eos notans, qui Monachis obloqui auderent: „ Exit fama de mendacio, *inquit*, „ quae cum ad matronas pervenerit, et earum lin- „ guis fuerit ventilata, provincias penetrat... O- „ mnis consonat chorus, et latrant universa subsel- „ lia. Junguntur nostri ordinis, qui et roduntur, „ et rodunt, adversus nos loquaces, pro se muti; „ quasi et ipsi aliud sint, quam Monachi, et non quid- „ quid in Monachos dicitur, redundet in Cleri- „ cos „. Eodem revolvuntur, quae ab ceteris Patribus monumentis mandata sunt litterarum. Quorum quidem Patrum egregia testimonia libens de-

(1) Ibid. num. IX pag. 91. sqq.
(2) Epist. XXII. al. XXV. ad Paulam de obitu Blesillae Tom. IV. P. II. p. 55. Edit. Paris an. 1706.
(3) Ib. p. 555.

scriberem, ni lectoribus longa oratione molestum me fore arbitrarer. Sunt ea tamen mihi in promtu, cumque tempus, ratioque monuerit, proferentur.

Age vero, quid istud est, quod de ipsis Monachis querere, alios esse *mendicantes*, alios *dites*? An Institutum Mendicantium reprobas? Sic sane existimo. Nisi enim reprobares, tua de Mendicantibus nulla esset conquestio. Jam mitto Alexandrum IV. Pontificem, qui eorum damnavit opinionem, qui dicerent: *fratres teneri per laborem, et non per mendicitatem victum suum acquirere* (Vide Tom.VII. Concilior. pag.1892.Edit.Paris. an.1714.); mitto, inquam, Alexandrum, nam adeo tu male sanus catholicus es, ut Capiti Ecclesiae catholicae non esse auscultandum arbitrere. At Synodus Londinensis an.1382. idipsum opinionis genus *in errores* rejecit. *Artic.*13. *Tom. eod. Concilior. p.*1892. Quid? Si *erroris* istiusmodi sententiam condemnarunt in eadem Synodo ii, qui suspecti graviter erant Wiclefismi? *Ibid. pag.*1895. Sed non est multis opus. Constantiensis ipsa Synodus, quam tibi esse audio vehementer curae, Sess. VIII. Artic. 24. Wiclefi reprobavit, qui sic habet: „ Fra„ tres tenentur per labores manuum victum ac„ quirere, et non per mendicitatem „ hac adjuncta censura: „ Prima pars est scandalosa, et prae„ sumtive asserta, pro quanto generaliter, et indi-

„ stincte loquitur ; et secunda erronea, pro quan-
„ to asserit, mendicitatem fratribus non licere „.

Atqui *dites* etiam, inquis, mendicant. Cave, rogo te, ne *dites* voces, ad quos alendos non satis sint agelli, quos possident. Nam quibus amplae sunt facultates domi, nullos esse video, qui mendicent. Quod si qui essent, eorum profecto esset coercenda cupiditas. Cur porro taces commoda, quae ex ditibus Monachis in egentes, inque rempublicam profecta sunt, in diesque proficiscuntur? Quorum quidem divitiis si laici potirentur, vix inde quidquam utilitatum in pauperes, inque ipsam rempublicam redundaret. Cum vero id taceas, quis non pernoscat, fide abs te agi non satis bona?

De hominibus e plebe quod dictitas, inane est. Sunt enim eorum plerique, qui abs te tam indignis modis exagitari Monachos permoleste ferant; quique non solum non querantur, premi continenti labore se ; verum etiam in egentes Monachos ipsos, ut est facultas, stipem ultro, libenterque conferant.

Quod adjungis, Monachos desidiae deditos nihil agere, ut plenum falsitatis est, sic etiam atrocis injuriae. Otio ne illos languere dices, qui *laborant in verbo, et doctrina*; qui sedulam operam administrandis poenitentiae sacris navant; qui precibus, orationi ; psalmodiae, rei divinae faciun-

dae instant; qui et suae, et aliorum salutis curandae causa, in legendis, considerandis, percipiendis doctrinis, decretisque Conciliorum, ac dogmatibus, quae Patrum operibus, sacrisque Bibliis continentur; inque historia Ecclesiae addiscenda, versantur? Hoc si itá est, accusato Patres, quasi hortati ad otium frustra terendum Monachos fuerint; aut eos, propterea quod otio marcescerent, collaudarint (1). Quid? Si eo demum deduci cogare, ut Apostolos desidiae condemnes, quod dixerint: *non est aequum nos derelinquere verbum Dei, et ministrare mensis. Nos orationi, et ministerio verbi instantes erimus* (2). Apostolos ne vero dumtaxat? Immo etiam Christum ipsum, Mariam verbo Domini intentam Marthae ministranti praeferentem (3), Discipulosque commonentem, ut orarent (4) ut docerent (5), utque pacem domibus nuntiarent (6), hospitumque suorum sumtibus alerentur.

(1) Vide S. Basilium Epist. ccvII. al. LxIII. ad Neocaesarienses num. 2. ſqq. pag. 310. sqq. Tom. III. opp. et Epist. II. ad Gregor. al. I. n. 2. sqq. S. Jo. Chrysost. lib. I. II. et III. adversus Oppugnatorem vitae Monasticae, in primis autem lib. III. n. XI. pag. 96. Tom. I. opp. et n. 20. pag. 113. sqq. et lib. de Comparatione Reg. et Monachi n. 2. 3. et 4. p. 168. sq. T. eod. et S. Hieronym. Ep. XIII. ad Paulinum p. 87. T. I. opp. Edit. Francofor. an. 1684. et p. 68. et Ep. IV. ad Rusticum de vivendi forma etc. p. 30. Sed quid plures nominem? Legito Mabillonii opus de studiis Monasticis cap. II. III. IV. V. VI. et sqq.

(2) Actor. Apostol. cap. VI. 2. et 4.

(3) Luc. cap. X. vers. 41. et 42.

(4) Ibid. cap. XVIII. v. 1. et v. 7. et cap. XXI. v. 36.

(5) Matth. c. V. v. 19. et c. XXVIII. v. 19. sq.

(6) Matth. cap. X. v. 12. sqq. et

Extremum, quod animadvertis: hoc tempore neminem tam esse ineptnm, qui metuat, se, nisi Monachis quidquam largiatur, esse periturum, nihil moror. Quid enim? An aetate superiore quisquam fuit, qui tale quidpiam metuerit? Scis tu quidem tam stupidum fuisse omnino nullum. Sed hoc tibi venit in mentem, istiusmodi loquendi arte induci abs te cives tuos posse, ut ne precibus Monachorum quidquam se adjumenti consequuturos putent, adeoque ab Eleemosynis in eos conferendis deterreantur. Quam vero id deceat hominem cives suos instituentem, ex Patribus tu quidem intelliges. Consule, rogo, Chrysostomum, Homil. XIV. in I. Epistolam ad Timotheum (1), quo loco: „ Sanctos viros inqui-

Luc. cap. X. v. 5. sqq De oratione etc. confer etiam S. Paul. Epist. ad Colossens. cap. IV. vers. 2. I. ad Timoth. cap. II. v. 1. et cap. v. v 5. Quinam vero sint otio languentes demonstratur a Patribus, in primis autem a Chrysostomo lib. I. adversus Oppugnatorem vitae monasticae n. 2. p. 47. Sic autem habet: Perinde ac si nequissimus spiritus animos occuparit, per cunctorum pene ora hi sermones vertuntur, sive in forum te contuleris, sive in tabernas medicorum, sive in quamlibet urbis partem, ubi sedere solent hi, qui nihil volunt operari, videbis ingentem risum ab omnibus moveri. Risus autem ejus et comoediae argumentum est eorum, quae adversus sanctos viros acta sunt, festiva narratio. Et haec quidem in Christianorum consessibus. Gentiles vero et hos irrident, et eos, qui ab illis irridentur: illos, quod haec perpetrarint, hos quod talia passi sint. „ In hos autem otiosos nihil auctor opusculi scribit (immo his favet) neve in incredulos. In Monachos virus omne effudit suum. Cur autem? Nisi quod in eodem, atque illi, haereat luto.

(1) Num. 3. Tom. X. p. 628. XI. Vide ejusd. Ep. ad Agapetum T. III. p. 699.

„ re, *inquit*, in solitudinibus sedentes, qui Deum „ semper meditantur, longum iter suscipe. Da per „ te ipsum. Nam si dederis, MULTUM PRODE- „ RIT. Et Hom. IX. in c. II. Ep. ad Philipp. ubi (1): „ Quomodo non absurdum sit, *inquit*, ei qui ter- „ reno Imperatori militat, omnia suppeditare, et „ vestimenta, et cibaria, non solum quantum neces- „ sitas postulat, sed etiam plus quam satis est; ei „ vero, qui militat caelesti Regi, atque in acie stat „ adversus hostes longe graviores, neque necessaria „ etiam suppeditare? Quantae hoc iniquitatis est, „ quantum ingrati animi, quantum parcitatis?„. Et lib. III. *adversus Oppugnatorem vitae Monasticae* num. IX. (2) post ubi ostendit, quam recte utantur Monachi iis, quae ipsis suppetunt, bonis; quamque egenis opi esse, atque praesidio soleant; in eorum obtrectatores, vexatoresque invehitur, qui *foenora foenoribus adjicientes iniquam cujuslibet commercii viam adeunt. Novos, et iniquos excogitant deliciarum modos, et domesticorum phalangas habent, et assentatorum cuneos circumducunt, et se omnium optimos esse dicunt, ideoque omnia dicere, et facere sibi licere arbitrantur, et mulierculas alunt, et perturbant eos, qui vitae quietiori student* „. Praeiverat Chrysostomo Basilius, quem item abs te in Regulis

(1) Num. 60. p. 269. Tom. XI.   (2) Pag. 91. sqq. Tom. I.

Digitized by Google

brevius tractatis (1), inque Monasticis constitutionibus (2), legi velim. Accedit S. Hieronymi Auctoritas. Confer, quaeso, ejus Epistolam LIV. ad Pammachium, al. XXVI. (3). Idem Julianum hominem nobilem cumprimis laudat, *quod sanctorum* diceretur *usibus ministrare, fovere Monachos, Ecclesiis offerre quamplurima*, quodque extrueret *Monasteria, et multus ab eo per insulas Dalmatiae sanctorum numerus sustentaretur* (4). Haud aliter scribit de Fabiola ad Oceanum (5); „ Quodam praesagio futurorum, *inquit*, ad multos scripserat Monachos, ut venirent, et se gravi onere laborantem absolverent, faceretque sibi de iniquo mammona amicos, qui eam reciperent in aeterna habitacula „. Eodem spectant, quae complexus est Augustinus in Psal. CIII. serm. III. num. 16. (6). Is item se Monachorum orationibus commendabat (7). Id vero frustra illum

(1) Interr. CLXXXVII. p. 478. T. II.

(2) Cap. XX. num. 2. pag. 565. Vide etiam S. Gregor. Nazianz. Carmen Jambicum XVIII. de virtute pag. 218. Tom. II. Edit. Colon. an. 1690.

(3) Pag. 102. sq Tom. I. Edit. Francoford. an. 1684.

(4) Epist. XXXIV. pag. 134. sq. T. I. edit. ejusd.

(5) Epist. XXX. pag. 130

(6) Pag. 871. Tom. IV. Edit. Antuerp. an. 1700.

[7] Epist. XLVIII. al. LXXXI. p. 85. Tom. XI. edit. ejusd. ubi: „ Admonemus, *inquit*, et petimus, et obsecramus per Christi altissimam humilitatem, et misericordiosissimam celsitudinem, ut nostri memores sitis in sanctis orationibus vestris, quas vos vigilantiores, et magis sobrias habere credimus. Nostras enim saepe sauciat, et debilitat caligo, et tumultus secularium actionum „.

fecisse dixissent quidem ejus temporis heterodoxi, in quibus erat Petilianus, quibusque concinunt hujus aetatis haeretici, quos tu, uti video, consectare. Quid porro de Ambrosio Mediolanensi, quid de Martino Turonensi, quid de Eusebio Vercellensi, quid de Athanasio, Petroque Alexandrinis, quid de aliis sanctissimis Antistitibus statues, qui vel alere ipsi Monachos sumtu suo, vel quibuscumque rebus poterant, pietatis ergo, juvare solerent? Sed Patrum exempla, ac testimonia, si persequi vellem, nimius essem in re minime necessaria; cum perspectum, atque exploratum sit, eorum hac de re communem esse, eamque constantem sententiam, orthodoxorum Regum, atque Imperatorum consensione in sequentes aetates propagatam. Interea consuli S.Paulinum Nolanum cuperem Epist. XXIX. ad Severum (1), S. Nilum Auditorem S. Johannis Chrysostomi Epist. I. ad Ptolemaeum Syncleticum (2), quos abs te arbitror non haberi in numero *stupidorum*, et S. Caesarium Arelatensem, qui tanti Monachos pendebat, ut ad Symmachum Papam scriberet, cavendum esse Sedis Apostolicae auctoritate, ne ecclesiastica praedia *diversis titulis alienentur*, NISI FORSITAN ALIQUID PIETATIS INTUITU MONASTERIIS FUERIT LAR-

(1) Num. XI. pag. 182. sq. Edit. Veron. an. 1736.

(2) Pag. I. Edit. Rom. an. 1668.

GIENDUM (1). Sed hujus te auctoritas non movebit fortasse, quod tantum Papae tribuerit, (2) quantum tribuisset statuto Christi antiquitas. Consule igitur S.Bernardum, ad quem interdum es ausus provocare. Hunc perinde experiere inimicum novarum, peregrinarumque opinionum (3), quibus es conatus inficere cives tuos. Quod si ne Bernardum quidem morare, cave tibi a Graecis, qui sic animo sunt comparati, ut eos, qui de Monachis ita, ut tu, sentiunt, in societatem censeant venisse Calvinianorum. Accipe quae ab eorum Synodo Hierosolymitana an. 1672. scripta fuere Tom.xI. Concilior. Edit. Paris. an.1714. pag.263. „ Haeretici in Monachorum „ orationes debacchantur, ea nimirum mente, ut „ simpliciorum odium in Monachos excitent, quate-, nus eorum, ceu profanorum hominum, nec aspe-„ ctum sustineant, neque Catholicae, et Apostolicae „ fidei ab illis exponi dogmata patiantur „. Quam haec in te cadant commode, etiam atque etiam meditere, velim.

(1) Epist ad Symmachum Tom.xI. Concilior. p.906. sq. Edit.Paris.1714.

(2) Sic enim habet: „ Sicut a persona B. Petri Apostoli Episcopatus „ sumsit initium, ita necesse est, ut „ disciplinis competentibus Sanctitas vestra singulis Ecclesiis quid „ observare debeant, evidenter ostendat. In Gallia siquidem Provincia „ ab aliquibus Personis Ecclesiasticis „ praedia diversis titulis alienantur. „ Hoc postulamus, ut fieri prohibeat Apostolicae Sedis auctoritas, „ nisi forsitan etc.

(3) Epist. ccvIII. et Epist.ccxx. ad Rogerium Regem pag. 1569. et 1570. Edit. Antuerp. an. 1606.

Principes in re civili; sacrorum autem Praesides in re ecclesiastica parentum loco haberi oportere ostenditur.

II. At enim cives tui experiundo cognorunt, Principem sibi esse parentis loco. Quis hoc negat? Sed norunt item in re doctrinae, atque disciplinae ecclesiasticae parentum loco sibi Praesides sacrorum esse, in primis autem Pontificem Maximum, quem, (si Evangelio, traditionique divinae credis) patrem, pastorem, doctoremque omnium Christi fidelium esse fatebere.

Non hostes Religionis, sed Monachos morbo laborare Anonymus censet. Reformandos esse laxiores Monachos, non tollendos ostenditur.

III. Verumtamen corporis Reipublicae partes quaedam morbo laborant. Fateor. Sunt enim haud pauci, qui aut Religionem excusserunt omnem, aut secus sentiunt, quam Religio catholica postulet. Sed hos tu praeteris, quasi sani sint. Quos igitur indicas morbidarum partium nomine? Clericos, dicis; et Monachos. Quis, hoc legens, non putet, te partibus studere eorum, quos taces; odisse autem ordines Clericorum, et Monachorum quos memoras?

Quibus reformatio Monachorũ competat.

IV. Sed optant, inquis, honesti Clerici, ac Monachi, ut ipsis adhibeatur necessaria ***reformatio***. Non quaero, cujusmodi isti sint, quos honestos vocas. Concedo non paucos esse Monachos, Clericosque male institutos, indignosque hoc tanto nomine. Fuerunt item haud pauci Athanasii, Basilii, Hieronymi, Augustini, Isidori Pelusiotae, Leonis Magni, Chalcedonensium Patrum, Fulgentii, insequentium-

Digitized by Google

que Doctorum temporibus (1). Nam ut olim ejusmodi Monachorum licentiam compressam fuisse sacrorum Praesidum auctoritate constat; ita nunc mores redigi ad officium, vetereque disciplina institui oportere non concedo solum, sed etiam vehementer cupio. Sed illud ex te quaero. Quo tu modo eos esse *reformandos* existimes? Ita ne ut priorem formam sui Instituti colere, contineri domi, studio Scripturarum, Patrum etc., Psalmodiae, rei domesticae dare operam, cogantur? Relinquenda, inquis, Principibus seculi est ista *reformandi* ratio. At secus fert Majorum traditio. Hi *reformari* quidem Monachorum congregationes, quae ex vetere sua disciplina excidissent; recteque institui monasteria, non sejungi a capite, neve tolli funditus, neve in laicorum manus transferri et curarunt maxime, et sanctissimis legibus latis constituerunt.

(1) Vide S. Athanasium Epist. ad Johan. et Antiochum Presbyteros, et alteram ad Palladium Tom. 1. opp. pag. 763 Edit. Patav. an. 1777. S. Basilium constitut Monastic. Cap. VIII. Tom. II. opp. Edit. Paris. an. 1722. pag. 554. sqq S. Gregor. Nazianz. Carm. Var. LIX, pag 138. Edit. Colon. an. 1690. Tom. II. Chrysostom. Lib. III. adver. Oppugnat. vitae Monasticae num. 14. Tom. 1. pag. 103. Epist. XIV. ad Olympiad. num. 2. T. III. p. 596. Hom. XV. in Epist. ad Hebr. n. 3 p. 154. T. XII. S. Hieronym. Epist. XVIII. p. 84. Edit. Francford. an. 1684. Epist. XXII. de Custod. Virginitatis ad Eustochium pag. 93. De Augustino, deque Fulgentio dixisse me alio loco memini. S. Isidor. Pelusiot. lib. 1. Epistol. XLIX. et CCCXIV. et S. Leon. Epist. XCIII. al. XCI. ad Julian. Coensem Episcop Cap. II. pag. 356. Edit. Rom. 1755. et Epist. LXXXV. Cap. II. pag. 350. Synod. Chalcedon. Action. XV. can. XXIII. p. 609. sq.

Synodus Chalcedonensis Canon.XXIV. (1) : „ Quae „ semel, *inquit*, voluntate Episcopi dedicata sunt „ Monasteria, et res, quae ad ea pertinent, mo„ nasterio reservari, nec posse ea ultra fieri se„ cularia habitacula. Qui vero hoc fieri permi„ serint, canonum correptioni subjacebunt „. Sexcenta sunt in Synodorum Actis decreta generis ejusdem, quorum tu, si afferrentur, vi, auctoritateque obruerere. Sed ea praetereo, quod hoc Chalcedonense satis esse putem.

Illud modo abs te expediri postulo : ullus ne umquam fuerit Majorum, qui, quod Ecclesiae est, id esse tribuendum existimarit laicae potestati ? Equidem cum eorum scripta considero, unam, contra omnium perspicio fuisse (2) vocem. Age vero, si Ecclesiae (Petri autem in primis) fuit, statuere de non edendis sanguine, et suffocato (3); de sacris ministris mensarum distributioni praeficiendis (4); deque abolendis abusionibus, quae in vi-

(1) Tom. II. Concilior. pag. 611. Edit. Paris. an. 1714.

(2) Hinc S. Ambros. Serm. adver. Auxentium n. XXXI. p. 924. T. III. Edit. Venetae an. 1751. Pejores Judaeis Arianos fuisse, ait, quod Judaei quaerebant, utrum solvendum putaret (Christus) jus tributi ; isti (Ariani) Imperatori vellent dare jus Ecclesiae.

(3) Vide Acta Apostolor. Cap. XV. v. 7. sqq.

(4) Ibid. cap. VI. v. 1. sqq. Confer etiam quae I. ad Timoth. cap. I. v. 9. de Viduis eligendis praecipit Apostolus, deque duplici honore, seu stipendio pendendo ibid. v. 17. deque Ecclesiasticis judiciis instituendis Ibid. v. 19. etc. etc. Quid ? Si Apostoli Dioeceses Episcopatuum consti-

Digitized by Google

duarum quotidianum ministerium immigrarant; quanto erit magis Ecclesiae ipsi proprium in ritibus sacris, in psalmodia, in disciplina denique monastica omni, quae sit a Monachis ratio retinenda, praecipere (1)?

Quam insolenter de Pontifice agat Anonymus, et quã inepte ratiocinetur.

V. At ex adventu Papae non est, cur Populus disciplinae Monasticae restitutionem speret. Cur non? *Opinio*, inquis, *sola*, *quod Papa indulgentias particulares afferat*, *et particularem quamdam dare benedictionem possit*, *fanaticas fortasse turbas populi colliget*. Ita ne vero? Ista ne loquendi insolens ratio ***reverentiam*** illam exhibet, qua Majores nostri coli Pontificem oportere docent? Norunt Populi Germaniae a sanctissimis Episcopis instituti (2), non ho-

tuerint, praescripserintque rationem eligendorum Episcoporum? Vide Clem. Rom. Epist I. ad Corinthios num. XLIV. T. I. Apostolicor. PP. pag. 165. Edit. Londin. an. 1746. Ea auctoritate praediti Patres, plures de disciplina canones condiderunt primis etiam ipsis Ecclesiae seculis, quorum pars collectione ea continetur, quae titulum praefert Canonum Apostolicorum Vid. T. I. Concilior. p. 10. sqq. de quorum quidem Canonum vetustate multis disserit Beveregius Britannus *in Vindiciis*, homo etsi heterodoxus; tamen te multo et doctior, et Antiquitatis Ecclesiasticae non studiosior solum, sed etiam observantior.

(1) Hanc ob causam PP., Synodi, Pontifices Maximi ipsi per se disciplinam, legesque Monachis praescripsere rogatu quidem Laicorum Principum interdum; Lege autem Episcopis, Pontificibusque non probata, numquam.

(2) Vide Apostoli Germanorum, Ejusdemque Archiepiscopi Moguntini Bonifacii Epistolam, VIII. Ecclesiae seculo ad Zachariam Pontif. datam T. III. Concilior. Edit. Paris an. 1714. p. 1877. sq et Ep. II. Zachariae ad Burchardum Wirtzemburgensem ib. pag. 1884. Rursum Epist. Bonifacii ad Zachariam lectam in Synodo Romana an. 743. ibid pag. 1936. Concilium Wormatiense an. 787. pag. 898. Sy-

minis esse catholici, sed Vviclefitae, et Lutherani tam contemtim de Capite visibili Ecclesiae, de Patre Patrum, de universali Patriarcha, de successore Principis Apostolorum disserere.

Considera nunc jam quam apte ad Dialecticae leges ratiocinere. Negas, sperare cives tuos ex adventu Pontificis posse *reformationem* Monachorum. Quam ob rem? Quia, inquis, populus certatim confluet ad eum, ratus novum ab ipso afferri indulgentiarum Thesaurum. Atenim is Thesaurus ita ne repugnat *reformationi*, ut ii, qui indulgentias expetunt, spe frustrentur omni inducendae monasticae reformationis? Si autem non repugnet ut non repugnat revera, ecquid isto tuo ratiocinandi genere

nod. Aquisgran. Epist. ad Nicolaum I. pag. 502. Tom. v. Concilior. quae sic habet „ Domino vere sanctissi- „ mo, ac beatissimo, TOTIUSQUE „ SANCTÆ MATRIS ECCLE- „ SIÆ PONTIFICI, ET UNIVER- „ SALI PAPÆ Nicolao etc. Aposto- „ licis documentis . . . multipliciter „ informamur, ut vestri Sanctissi- „ mi Apostolatus apicem Principis „ Apostolorum fide, et nomine con- „ secratum, quoties Sancta Ecclesia „ aliqua novitate pulsatur, humili- „ ter adeamus, ibique vestri consilii „ saluberrima instituta sinceriter hau- „ riamus, ubi mitis magister Chri- „ stus, et summum caput nostrum „ fundamentum Ecclesiae posuit „. Eodem spectant, quae anno circiter 902. Episcopi Germaniae ad Joannem IX. Pontificem scripserunt. T. VI. Concilior. p. 126. „ Sanctorum Pa- „ trum institutis, *ajunt*, plenissime „ instruimur, in omnibus nostro „ Sacerdotali Ministerio obstantibus, „ et adversantibus *Romanum* ap- „ pellare Pontificem, ut quod ad „ unitatem concordiae, et ad cu- „ stodiam pertinet disciplinae, sum- „ ma provisione decernatur „. Praetereo cetera hujus generis monumenta. Sunt autem perplura. Unam legi vellem Epistolam Julii III. quae extat. in Act. Synodi Trident. Sess. x. pag. 68. Tom. x. Concilior. Edit. Paris. an. 1714.

Digitized by Google

fingi potest absurdius? Scilicet sic te odium in Pontificiam dignitatem transversum egit, ut ex iis, quae scribis, non videas, quid sit consequens? Quid? si malus cum sis Dialecticus, tum etiam summa esse inconstantia videare? Nam cives tuos, quos hactenus laudasti virtutis, prudentiaeque nomine, nunc demum per summam injuriam in turbam reiicis fanaticorum. Verum hoc moneo, tibi ut caveas, ne quis civium eorumdem tuorum illud in te Sosiae ex Amphitruone Plauti regerat: *Quod mihi praedicas vitium, id tibi est.*

Age vero si Germaniae Monachi, quemadmodum jactas, ita recessere a vetere disciplina instituti sui, ut maximo sit opere tuis civibus *reformatio* illorum curae; quae, rogo, caussa esse potuit impedimento, quin cives ipsi urgeri se assiduo labore, Monachosque inerti otio marcescere quererentur; et quo tempore indulgentias poscebant, eodem tanto onere levari se, cogique Monachos ad frugem ab optimo Pontifice peterent? Nulla certe fuit ejusmodi impediens causa. Cur igitur nemo civium tale quidpiam petiit; nisi quia nemo eorum graves sibi esse Monachos putavit; adeoque quod tute scribis de civibus iisdem Monachismo adversis, confictum abs te est maledicendi libidine?

VI. Sed eo, inquies, de Monachis disputasse te, ut parares tibi ad quaestiones de indulgentiis evol- *Quam absurde Anonymus dicat, idcirco se egisse de*

Monachis, ut sibi ad Indulgentias pararet viam. Quã falso sequi se dicat Bossuetium, quamque erret de Indulgentiis ipsis disputans.

vendas, expediendasque viam. Praeclare id quidem. Nam erat reservatum tibi, ut ingenio miro tuo, quod ceteri ne suspicati quidem essent, istud iter a Monachis ad indulgentias commodum patefaceres. Quam bellum fuisset, mi homo, fateri nescire te, quid loquare, quam ista effutientem risum cuique movere, qui plane cernat, isti te committentem viae actum tandem iri praecipitem. Verum hac de re alias. Expecto, quid velis de indulgentiis. Bossuetius, inquis, orthodoxus, sapiens, atque prudens fuit? Id ego facile patior. Quid tum? Is, inquis, indulgentias nil aliud dicit esse, quam *poenitentiarum, quas perferre quis ex legum Ecclesiae praescripto debeat, remissionem*? Ergo, te auctore, in eo solum rationem locat indulgentiarum, ut qui resipiscunt, iis tantum solvantur poenis, quae ipsis subeundae essent vi poenitentialium Canonum. Eloquere nunc jam, quo id in opere Bossuetius statuat. Taces? Quid? Ego ne tibi indicare locum Bossuetii renuenti credam? Verum quid multis te moror? En quid ille in altero suo Cathechismo scripserit. Videsne, ut quaerat, quidnam nos fides de Indulgentiis doceat (1)? Cogno-

(1) P.v. Lect.ıx. quae est de Indulgentiis Tom. x. opp. Edit. Venetae, seu Argentinen. an.1737. q.152. *Qu'est ce que la foi nous enseigne des Indulgences?*

Cognosce nunc, quid affirmet. Ecclesiam (1), inquit, *accepisse earum concedendarum potestatem ab Jesu Christo, esseque ipsarum usum Christiano populo salutarem*. Age vero, quid opus erat divinitus factam hanc Ecclesiae potestatem commemorare (2)? An ei, cui jus inest condendorum poenitentialium Canonum, non inerit par canonum eorumdem temperandorum, ac remittendorum, adeoque concedendae indulgentiae auctoritas, si modo vis indulgentiarum omnis in eximendis *poenitentibus* e statutis ab Ecclesia poenis consisteret? Quibusnam porro tam essent indulgentiae salutares? Animabus ne? At his ecquid, rogo, adeo magnum conferret, ab temporariis in hac tantummodo vita poenis, quas Ecclesia ipsa irrogarit, luendis exemptio? Pergit Bossuetius quaerere, cur indulgentiae adeo salutares (3) habendae sint? Quid ad haec ille? *Quia*, inquit, *sunt ipsae constitutae causa laxandi rigo-*

(1) Que l'Eglise a reçu de Jesus Christ le pouvoir de les accorder, et que l'usage en est tres-salutaire au peuple Chrétien.

(2) Hanc item commemorat Synodus Trident. Sess. xxv. Decret. de Indulg. „ Cum potestas conferendi „ Indulgentias a Christo Ecclesiae „ concessa sit, atque hujusmodi po- „ testate divinitus sibi tradita anti- „ quissimis etiam temporibus illa usa „ fuerit; Sacrosancta Synodus In- „ dulgentiarum usum Christiano po- „ pulo maxime salutarem, et San- „ ctorum Conciliorum auctoritate „ probatum in Ecclesia retinendum „ esse docet, et praecipit etc. „

(3) Ibid. Pourquoi sont elles si salutaires? Par ce qu'elles sont établies pour relâcher la rigueur des peines temporelles dues au péché.

ris poenae temporalis peccatis debitae. Audin ? *Peccatis* generatim, inquit, *debitae*, non ejus tantum, quae canonibus sancita fuerit ? Qua igitur confidentia Bossuetium testem es ausus appellare male sanae opinionis tuae, nisi ut tanto nomine cives tuos illicere posses in fraudem ?

Perstas tamen, idque portentum doctrinae tuae veritatem (1) vocas, quae postulet 1. ut indulgentiae nihil aliud sint, quam *remiſsio* vel partis, vel omnium poenitentialium poenarum, quas Episcopus quisque in sua Dioecesi indixerit iis, qui in certa quaedam peccata incidissent. 2. ut indulgentiae in hac tantum mortali vita valeant, quare protendi nequeant, nisi, summum, ad annos centum. 3. ut non magis ipsae a Papa, quam a quovis Episcopo concedi queant; cum (te judice) quivis Episcopus non minus, quam Papa, obtineat potestatis.

Sed vide quam longe distet a veritate ista, quam

(1) Agnoscat volo Anonymus verba sua. Sunt autem hujusmodi: ,, se borne simplement a cette verité. L'Eglise peut dicter des penitences, et par là les remettre, ou distribuer des indulgences dans ces cas. Et comme chàque Evéque est chargé du S. Esprit de gouverner l'Eglise, et qu'il n'a pas moins de pouvoir, que le Pape, chaque Evêque peut donc ainsi instituer des penitences dans sa Diocese, mais qui ne s'étendent naturellement pas au de là de la durée de la vie humaine, et qui par consequent peuvent à peine être de cent ans; ils en peuvent aussi absoudre les penitens ou en partie, ou en entier, et accorder des perfaites Indulgences aussi bien que le Pape ,, .

Digitized by Google

tu adeo fidenter *veritatis* appellas nomine. Bossuetius, quo tu patrono gloriare, magno abs te opere dissidet. Is enim, ut vidimus, non *poenitentias* tantum *canonicas* indulgentiis remitti, sed generatim temporariam *poenam peccatis debitam* testatur. Is idem cum rogasset, *num intentio Ecclesiae sit, ut nos vi indulgentiarum soluti obligatione simus satisfaciendi Deo* (1)? respondissetque non eam esse *intentionem Ecclesiae*; immo contra *spiritum Ecclesiae poscere, ut ne indulgentiae concedantur, nisi iis, qui, quod ad illos attinet,* (seu ut possunt) student *divinae justitiae satisfacere*: cumque rursum interrogasset, *ecquid igitur* indulgentia praesidii afferat (2)? tum: Ea, inquit, *magno nobis est usui modis omnibus. Nam est semper nobis ratio credendi, longe nos abesse ab satisfecisse, ut nostrae postulant obligationes*. Jamne audis de ratione hic agi satisfaciendi Deo; indulgentiasque conferre, ut satis fiat, cum ipsi per nos minime satisfecerimus, velut nostra *obligatio* postulat? Non ergo agitur solum de ratione *absolvendarum poenitentialium poenarum*, quae indictae fuerint ab Episcopis. Quid? si indulgentias ab Ecclesia dispen-

(1) Bosuet. Ibid. p. 152. „ Est ce „ l'intention de l'Eglise de nous dé- „ charger par l' Indulgence de l'obli- „ gation de satisfaire a Dieu? Nul- „ lement, et au contraire l' esprit „ de l' Eglise est de n' accorder l'In- „ dulgence qu' à ceux, qui se met- „ tent en devoir de satisfaire de leur „ côté à la justice divine „.

„ (2) A quoi donc nous sert l'indulgence? R. Elle nous sert beau- „ coup en toutes manieres, puisque „ nous avons toujours sujet de cro- „ ire, que nous sommes bien éloi- „ gnés d'avoir satisfait selon nos ob- „ ligations „.

sari dicat, ut (1) *adjuventur homines voluntatis bonae ad supplendam infirmitatem suam, satisque faciendum Deo, excitandumque in cordibus majorem in modum fervorem devotionis*; easdemque indulgentias *fundari* testetur in *satisfactionibus Christi, et sanctorum*? At si indulgentiae *temporarias* illas tantum remitterent poenas Episcoporum arbitrio latas, quae non se ad vitam futuram extendunt; sufficeret quidem certe Episcoporum voluntas eas remittendi poenas, neque opus esset ad Christi, sanctorumque satisfactiones confugere. Jam pars altera thesis tuae de indulgentiis, quae finibus hujus mortalis vitae contineantur, annon rejecta a Bossuetio est, qui de indulgentiis disserens, eo etiam ipsas nomine prodesse nobis post mortalem hanc vitam docet, *quod nihil det filiis suis Ecclesia, quod non conferat ad eos in hac, atque in altera vita sublevandos* (2)? De tertia denique parte quid dicam, cum eam Bossuetius evertisse funditus videatur? Tu non minus, concedi indulgentias ab Episcopo quovis posse, clamitas, quam a Pontifice Roma-

(1) „ Quel est donc en un mot „ l'Esprit de l'Eglise dans la dispen- „ sation des indulgences? R. C'est de „ aider les hommes de bonne volonté „ à s'acquitter envers Dieu, et sup- „ pléer à leur Infirmité... exciter de „ plus en plus dans les coeurs la fer- „ veur de la devotion, et l'amour „ de Dieu conformement à cette paro- „ le de nôtre seigneur: *celui a qui* „ *donne d'avantage, doit aussi* „ *aimer d'avantage*. *Luc* vii. 47. „

(2) „ Il suffit de croire, qu'une „ bonne Mere comme l'Eglise, ne „ donne rien à ses enfans, qui ne „ serve veritablement à les soulager „ en cette vie, et en l'autre ... Sur „ quoi sont fondées les indulgences? „ Sur les satisfactions de Jesus-Christ, „ et des Saints „.

no possint; idque enitere, ut efficias, non magis huic, quam cuique Episcopo, inesse potestatis; at Bossuetius contra quaerenti (1): quis *habeat auctoritatem concedendarum indulgentiarum?* Respondet: *Papa in universa Ecclesia, et Episcopi in suis Dioecesibus cum iis limitationibus, quas Ecclesia ipsa intulerit*. Quid? Si idem ille Meldensium Antistes Bossuetius, pluribus in locis, ut supra demonstratum est, plane ostendat, multo latius patere Papae, quam reliquorum Ecclesiae Praesulum potestatem? Ac de Bossuetio quidem, cujus est non favens tibi, quemadmodum comminiscere, sed repugnans, planeque adversa sententia, satis diximus.

Neque vero is solum abs te dissidet; sed etiam S. Thomas Aquinas, cui Theologi orthodoxi quique consentiunt. Nam hic item de priore, alteraque parte doctrinae tuae sic agit, ut doceat, componi neutram cum privilegiis Petro divinitus datis posse (2); tertiam autem respuit, ut inimicam pote-

(1) „ Qui a le pouvoir de donner les indulgences? R. Le Pape „ dans toute l'Eglise, et les Evê„ques dans leurs dioceses avec les „ limitations que l'Eglise y a ap„ portées „.

(2) Supplem. Tertiae partis Quaest. „ xxv. Artic. I. in corp. „ Quidam di„ cunt, inquit, quod indulgentiae „ non valent, ad absolvendum a „ reatu poenae, quam quis in pur„ gatorio, secundum judicium Dei „ meretur, sed valent ad obsolven„ dum ab obligatione, qua SACER„ DOS obligavit poenitentem AD „ POENAM ALIQUAM, ad quam „ etiam OBLIGATUR EX CANO„ NUM STATUTIS. Sed haec opi-

stati, quam Christus Capiti Ecclesiae visibili detulit (1). Quid? Si doctrina ista tua, qua indulgentiae ad remissionem dumtaxat poenarum, quas Antistes decrerit, coarctantur, reprobata ab Ecclesia est in Luthero? Nam hujusce Haeresiarchae plena erroris opinio huc demum recidit: „ Indulgentiae his, qui veraciter eas consequuntur, non

„ nio non videtur vera 1. quia EXPRESSE EST CONTRA PRIVILEGIUM PETRO DATUM (Math. Cap. XVI.) ut quod in terris remitteret, in caelo remitteretur: unde remissio, quae fit quantum ad forum Ecclesiae, valet etiam quantum ad forum Dei; et praeterea Ecclesia hujusmodi indulgentias faciens, magis damnificaret, quam adjuvaret, quia remitteret ad graviores poenas, scilicet purgatorii, absolvendo a poenitentiis injunctis: et ideo aliter dicendum, quod valent quantum ad forum Ecclesiae, et quantum ad judicium Dei ad remissionem poenae residuae post contritionem, et confessionem, et absolutionem, sive sit injuncta, sive non. Ratio autem quare valere possint, est unitas corporis mystici, in qua multi in operibus poenitentiae supererogaverunt ad mensuram debitorum suorum, et multas etiam tribulationes injustas sustinuerunt, per quas multitudo poenarum poterat expiari, si eis deberetur, quorum meritorum tanta est copia, quod omnem poenam debitam nunc viventibus excedunt, et praecipue propter meritum Christi... Dictum est autem quod unus pro alio satisfacere potest. Sancti autem, quibus superabundantia operum satisfactionis invenitur, non determinate pro isto, qui remissione indiget, hujusmodi opera fecerunt,.. sed communiter pro tota Ecclesia. Et sic praedicta merita sunt communia, totius Ecclesiae. Ea autem, quae sunt alicujus multitudinis communia, distribuuntur singulis de multitudine secundum arbitrium ejus, qui multitudini praeest ett. „

(1) Supplem III. Partis Quaest. XXVI. Artic. III. „ Potestas faciendi indulgentias plene residet in Papa, quia potest facere prout vult, causa tamen existente legitima. Sed in Episcopis est taxata secundum ordinationem Papae; et ideo possunt facere secundum quod eis est taxatum, et non amplius „.

„ valent ad remissionem poenae pro peccatis actualibus debitae apud divinam justitiam (1) „. Sunt etiam errores ejusdem Lutheri damnati duo (2), quorum est alter de indulgentiis, quae neque necessariae sint, neque utiles mortuis, aut morituris; alter de *thesauris* Ecclesiae, unde Papa dat indulgentias, ***qui thesauri non sint merita Christi, et Sanctorum.*** Jam vero eodem, atque hi errores, tua de Indulgentiis ipsis doctrina revolvitur. Nam si indulgentiae nihil sunt aliud, quam exemptiones e poenis, quas Episcopi infligendas statuerint iis, qui in certa quaedam

(1) Leo X. Constit. adversus Lutherum, quae incipit *Exurge Domine etc.* Artic. xv. pag. 1874. T. IX. Concilior. Edit. Paris. an. 1714. Huic Constitutioni Ecclesia Catholica universa consensit.

(2) Ibid. Artic. XVII. et Artic. XIV. De Thesauro Ecclesiae caelesti Indulgentiarum, deque iisdem indulgentiis, quam sint salutares, confer Synodum Trident. Sess. XXI. de reformat. cap. IX. et Session. XXV. continuat. Sessionis cap. I. de Indulgentiis. Concilio Tridentino ultro adhaesere Synodi Cameracensis an. 1565. c. XXII. Tom. X. Concilior. pag. 63. Edit. ejusd. et Narbonensis, anno 1609. cap. X. p. 12. Tom. XI. Concilior. Editionis ejusdem, quo loco: „ plusquam „ sufficienter, inquit, pro peccatis „ nostris persolvit Christus per opera, ad quae non tenebatur, pro „ nostra redemptione; quorum merita ut thesaurum pretiosissimum „ in manibus D. Petri Apostolorum „ Principis, ejusque successorum tradidit, ut pro sua prudentia ad libitum fidelibus communicarent per „ concessiones, quas semper indulgentias nominarunt, Ecclesiae populo utiles „. Quo sane spectant, quae constitutionibus Pontificum continentur, quae quidem constitutiones laudantur in eo opusculo, quod an. 1760. Editum Romae typis Palearinianis fuit, inscriptumque: De Indulgentiis, et requisitis, praesertim ad eas recipiendas dispositionibus, et catholicae doctrinae in conferendis, ac recipiendis iisdem illustratio.

peccata inciderint; non valebunt profecto *ad remissionem poenae pro peccatis actualibus debitae apud divinam Justitiam*, sed conferent tantum ad *remissionem* indictae, Episcopi arbitratu, poenae; neque utiles *defunctis* erunt. Quid? si indulgentiam consequuto, opus meritis sanctorum non erit, cum una satis esse Episcopi ejusdem voluntas possit?

Quid? Si etiam ab Archiepiscopo Toletano, indeque a Sixto IV. Pontefice (1) summa omnium orthodoxorum consensione anno 1479. proscripta fuit Petri Oxomensis opinio ajentis: Pontificem (indulgentiis) poenas purgatorias remittere nequire?

Age vero quod scribis: non minus obtinere quemque Episcopum, quam obtineat Papa potestatis, quo tandem pacto componi cum decretis Synodi Constantiensis potest, qua Synodo duce gloriare? Nam est in decretis iisdem (2): „ Papam

(1) Vide Tom. IX Concilior. pag. 1499. Edit. Paris. an. 1714.

(2) Vide Bullam Martini V. quae incipit. Inter cunctas, quaeque sacro approbante Concilio Constantiensi adversus errores wiclefi, et Johannis Hussi edita est, extatque Tom VIII. Concilior. edit. ejusdem p. 915. qua quidem constitutione, qui in ejusmodi errorum suspicionem inciderint, interrogari jubentur: „ utrum Papa „ canonice electus, qui pro tempo„ re fuerit, sit successor B. Petri, „ habeatque supremam auctoritatem „ in Ecclesia Dei etc. et utrum credat, „ quod Papa omnibus Christianis „ vere contritis, et confessis, causa „ pia, et justa possit concedere indul„ gentias in remissionem peccato„ rum: et utrum credat quod singu„ li Episcopi suis subditis secundum „ limitationem sacrorum canonum, „ hujusmodi indulgentias concedere „ possint „. Siquidem vero interrogati testentur, se credere, nihilque se deinceps contra dicturos, neque di-

„ canonice electum, qui pro tempore fuerit, esse Sccessorem B. Petri, habentem SUPREMAM „ AUCTORITATEM IN ECCLESIA DEI: *et* Papam OMNIBUS CHRISTIANIS vere CONTRITIS, ET CONFESSIS ex causa pia, et justa „ POSSE CONCEDERE INDULGENTIAS in remissionem peccatorum, maxime pia loca visitantibus, et ipsis manus suas porrigentibus adjutrices: et Episcopos singulos suis subditis SECUNDUM LIMITATIONEM SACRORUM CANONUM hujusmodi indulgentias posse concedere „. Jamne cernis, Pontificis, Conciliique Oecumenici judicio, SUPREMAM esse Papae in Ecclesia AUCTORITATEM; adeoque OMNIBUS CHRISTIANIS concedi ab eo indulgentias posse; Episcopos autem reliquos, concedere eas quidem posse, sed SUBDITIS tantum suis, SECUNDUM SACRORUM CANONUM LIMITATIONEM, erroreque implicari eum, qui secus sentiat? Synodus porro Tridentina, quae Romanum Episcopum, et *Pontificem esse Maximum* docet (1), qui SUPREMA POTESTATE *in Ecclesia* potiatur (2), *et sollicitudinem universae Ecclesiae ex muneris sui officio de-*

eto, facto, nutuve quidquam probaturos, quod erroribus ipsis Wiclefi, faveat, dimittantur; sin secus, puniantur.

(1) Sess. XXII. cap. VII. de Reformat. et Sess. XIV. Cap. VII.

(2) Sess XXIV. de Reformat. cap. XXII. et cap. XVII.

beat (1), et Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum *matrem, et magistram* (2) appellat; tam ostendit Papae auctoritatem ceterorum Episcoporum auctoritati, cum etiam de *indulgentiis* agitur, praestare, ut si quos abusus eo in genere Episcopi iidem deprehenderint, eos *ad summum Pontificem deferre oportere decernat*, CUJUS AUCTORITATE, ET PRUDENTIA, *quod universali Ecclesiae expedit, statuatur* (3). Praeverterat Tridentinae Oecumenica Lateranensis IV. Synodus canon. LXII. (4), quo quidem in canone de Indulgentiis agens, *Romanum Pontificem* affirmat PLENITUDINEM HABERE POTESTATIS (5). Haec vero cum Synodi Oecumenicae doceant, quotum quemque orthodoxorum tuorum civium fore confidis, qui his contemptis, tibi esse auscultandum, aut te non esse in novatoribus numerandum arbitretur? Ac de Indulgentiis quidem hactenus. Quod autem de his dictum est, id quisque intelligit, dici etiam de *Benedictione* oportere. Jam vero cum plus Episcopus benedicendi potestate Presbytero (6) valeat; quid est quod Pontifex Episcopo plus non valeat, cu-

(1) Sess. XXIV. de Reformat. cap I.

(2) Sess. VII. de Bapt. Can. III. et Ses. XIV. De extrema unctione C. III.

(3) Sess. XXV. continuat. Sess. c I.

(4) Tom. VII. Concilior. pag. 66.

(5) Vide S. Leonem Magnum Epist. XII. ad Anastasium Thessalonicensem cap. I. p. 51.

(6) Synodus Agath. an. 506. Can. XLIV. Tom. II. Concilior. pag 1003. Synod. Ravenn. an. 1014. Tom. VI. P. 1. pag. 818.

jus quidem Pontificis plena est, atque suprema in Ecclesia auctoritas? Sed de his multo plura, quam et tu rebare, et ego statueram. Roges quid de ceteris cogitem? Scribam hercle, at ἀκολακεύτως, quid enim tibi assenter? Scribam autem quam citissime potero. Scilicet unum pungit, ne minus diligens videar. Expecta igitur meas litteras. Vale.

VI. kalendas Sextiles 1786.

Digitized by Google

EPISTOLA VI.

PISTUS ALETHINUS ANONYMO S. D.

Irriſores Papatus ratione, atque ordine tractari mòvet Anonymus. Cujuſmodi hi ſint irriſores. Haereticos eſſe, oſtenditur, ac malignos, qui ratione duci non patiuntur.

I. Quaeſo, quid iſtud eſt, quod tibi de irriſoribus in mentem venit? „ Irriſores, inquis, eo uſque pertingunt, ut papatum Romanum nihil habere firmi fundamenti pugnent; cumque hi omnes „ ſtupidi non ſint, oportet, ut ratione, atque or„ dine tractentur„. Ignoſce, Anonyme: nec ferenda haec ſunt, neque feram. Tune mihi rationem, atque ordinem commendes, qui tam ἀλογίστως, tamque perturbate ſcribas, ut quid ſit, aut ubi ſit ordo, ac ratio neſcire videare? Sed hoc tute cogita. Illud me doceas volo: cur *irriſores* iſtos appelles, *haereticos* non appelles, quorum eſt haeretica ab Synodis non Provincialibus modo, verum etiam Oecumenicis exploſa ſententia? Confer, quaeſo te, Synodum Londinenſem an. 1382. (1) et Synodum Senonenſem ann. 1528. *in annotationibus errorum num. 6.* (2), quo loco *haereſis detegitur* Joannis Huſſi, et Lutheranorum jactantium: *Primatum ſummi Pontifi-*

(1) Propos. Haereticar. num.8. pagina 1891. Tom.VII. Concil. Edit. Paris. an.1714.

(2) Pag 1947. Tom.IX. Concilior.

cis non esse a Christo : et Synodum Constantiensem Sess. VIII. ann. 1415. damnantem Joannis W.clefi Articulum 41. (1), qui sic habet „ Non est de necessitate salutis credere, Romanam Ecclesiam esse supremam inter alias Ecclesias „. Atque eo quidem damnatus is articulus ab ea Synodo est, quod *errorem* comprehenderet, *pro quanto negaret primatum summi Pontificis super alias Ecclesias particulares* : Damnat item ea Synodus Sess. XV. Jo. Hussi Art. VII, qui est hujusmodi : *Petrus non fuit, nec est Caput Ecclesiae sanctae Catholicae* . (2) ; et artic. 27. cujus haec est summa : *Non est scintilla apparentiae, quod oporteat esse unum caput in spiritualibus regens Ecclesiam* etc. (3). Legito praeterea Constitutionem Martini V. quam editam diximus sacro adprobante Concilio Constantiensi, quaeque cuivis Catholico ad credendum proponit : *B. Petrum fuisse vicarium Christi, habentem potestatem ligandi, et solvendi super terram ; et Papam canonice electum successorem esse B. Petri habentem supremam auctoritatem in Ecclesia Dei* . (4) Quid ? Si hoc idem Synodus Florentina dogma esseReligionis statuerit ? „ DEFINIMVS, inquit, Sanctam Apostolicam Sedem, „ et Romanum Potificem successorem esse B. Petri Principis Apostolorum, et verum Christi Vica-

(1) Pag.301. Tom. ejusd.
(2) Tom.VIII, pag.410.
(3) Tom.VIII pag.412.
(4) Tom. eod. pag 915.

„ rium, totiusque Ecclesiae Caput etc. „ (1). Itaque, ut fert professio fidei, Orthodoxi Itali, Galli, Germani, Hispani, uno verbo, omnes omnium gentium fateri debent: „ Pontificem Romanum Vicarium „ esse Jesu Christi, et Principis Apostolorum suc- „ cessorem, totiusque Ecclesiae caput etc. „ Quae sane veritas ex iis etiam Episcopis, qui e factione fuerunt Appellantium Refractariorum, extorsit, ut confiterentur: „ Pontificem Romanum divino jure esse „ Pastorem primum, non primatu honoris, et prae- „ sidentiae solum, sed etiam jurisdictionis ... eum- „ demque praefectum a Christo esse Gregi univer- „ so, ipsisque Pastoribus ... idque totum CONFI- „ TERI FIDEM, neque id ab ullo, nisi ab HAE- „ RESI in controversiam revocari „ (2).

Quaero rursum, quid sit, quod *Irrisores*, quos memoras, cum stupidos neges esse; tum arguendos esse non dicas malignitatis. Nam probandi erroris, eosque, qui veritatem sequuntur, irridendi, aut stupor est causa, aut certe malignitas. Jam vero cum tu eos *irrisores* dumtaxat voces, *nequam* non voces; cumque sic ipsos expertes esse praedices stuporis, ut mali-

(2) Tom. IX. Concilior. p. 423.

(3) Mandement, et Instruction de M. l' Eveque de Boulogne au sujet de l' Appel, qu' il a interjetté cojointement avec Messeigneurs les Evéques de Mirepoix, de Senez, et de Montpelier etc. Edit. Paris. anno 1717. pag. 18 Confer etiam, quae in hanc rem collegit Mamachius Epist. II. ad Febron. Tom I. p 172. sqq. et Prolog. Tom. II. pag. 163. sqq.

gnitatis non arguas; quid vis cogitent lectores tui, niſi eorum te partibus studere, quos tam non esse stupidos doceas, ut, dum irrident, ratione ipsos duci concedere videare?

Quod autem mox adjungis tractari eos *ratione*, atque *ordine* oportere, quale tandem est? Si enim ratione ducti *irrident*; qua tu *ratione* speres, esse ipsos facturos irridendi, maledicendique finem? *Sin malignitate*; quae tam esse valida *ratio*, quis tam lucidus *ordo* poterit, qui eosdem ab inveterata licentia maledicendi, irridendique deterreat?

Adimi Primatum Episcopo Romano jure posse, eumque in alterius urbis Praesulē trās. ferri, Anonymus uti Catholicam sententiā catholicis, doctis, ac piis probatam jactat. Quam falso id jactet, ostenditur.

II. Sed age consideremus, cujusmodi ista sit ratio, isteque ordo, quibus tu *irrisores* illos *tractandos* mones. Jam tu muniturus tibi ad *rationem*, *ordinemque* viam, sic tuos cives alloqui non verere: *Si dicitis non esse juste necessarium, ut Episcopus Romae sit Papa, praesidio vobis est ratio*. Mirificum scilicet *rationis* indicandae, *ordinisque* proponendi, constituendique initium! Verum quibus tu argumentis efficies, eos, qui sic dicant, rationi consentanea dicere; non vero magno in errore, magnaque in sententiarum pravitate versari? Hoc unum affers: „ secundum exemplum hominum celeberrimorum, pietateque insignium, eorumdemque Catholicorum, „ libere defendi posse: „ HUMANA INSTITUTIONE, ET NON DIVINA, EPISCOPUM ROMANUM, ET NON ALIUM QUEMPIAM DICTUM

ESSE SUCCESSOREM DIGNITATIS PAPALIS POST MORTEM B. PETRI „ Os hominis! Tamne effrontem quemquam, tamque impudentem dari arbitrer, qui patenti mendacio convelli ab se speret posse communem, certam, pervulgatam doctrinam orthodoxorum? Age, celebres istos, pietateque illustres catholicos indica, opinionis, quam laudas, adsertores. Sed horum tu nominatim indicas neminem. Quid? Quemquamne confidis fore, qui tibi jactanti plures, nullum vero nominanti credat? Quaere, investiga, versa te in partes omnes, duos summum, tresve, eosque misere haesitantes reperies e numero sequioris aevi scholasticorum, qui tibi praeiverint, quique subtilitatis attulerint, quantum voles; cum tamen nihil ex Scripturis, nihil ex Conciliis, nihil ex Patribus, nihil ne e vetere quidem Scholasticorum disciplina oleant, contemnendi profecto, rejiciendique sunt, audiendi autem nullo modo. Non enim quod duo, tresve, iique recentes affirmarint, attendendum est; sed quod *semper*, *ubique*, *perseveranter omnes orthodoxi* Doctores, Episcopi praesertim, docuerint, docereque pergant. Nae tu si contra sentire perstes, eo demum misere abripiere, ut regulas (1) dignoscendi,

(1) Vetus Regula est Patrum omnium firmata consensu, quam proponit Vincentius Lirinensis in commonitorio cap III. Est ea hujusmodi: „ Magnopere curandum est, ut „ teneamus, quod ubique, quod sem„ per, quod ab omnibus creditum „ est. Hoc est etenim vere, proprieque „ catholicum „. Et cap. IV. „ Quid? „ si novella aliqua contagio (uti

dijudicandique in re theologica veri, a majoribus traditas funditus tollere cogare. Quid? Si in Dogmatum disciplinam probabilismum inducas, quo nullus fingi queat putidior? Ecquod enim excogitari probabilismi monstrum aut perniciosius, aut turpius poterit, quam istud de duobus, tribusve scholasticis, iisque recentibus *universitati*, *vetustati*, *perpetuitati* eo nomine praeferendis, quod eos tu jactes fuisse in primis celebres, praestantesque laude pietatis? Quamquam de ista celebritate tu videris. Nam quod confugere ad Febronium cogites, qui lumen est tuum, et a quo tua

,, nunc evenit Anonymi cauſa), non
,, portiunculam tantum, sed totam
,, pariter Ecclesiam commaculare co-
,, netur? Tunc item providebit, Chris-
,, tianus) ut ANTIQUITATI in-
,, haereat, quae prorsus jam non
,, potest ab ulla novitatis fraude se-
,, duci. Quid? Si in ipsa vetusta-
,, te duorum, aut trium hominum,
,, vel certe civitatis unius, aut etiam
,, Provinciae alicujus error depre-
,, hendatur? Tunc omnino curabit,
,, ut paucorum temeritati, vel in-
,, scientiae, si qua sunt universaliter
,, antiquitus universalis Ecclesiae de-
,, creta praeponat. Quid? Si tale
,, aliquid emergat, ubi nihil hujus
,, modi reperiatur? Tunc operam
,, dabit, ut conlatas *inter se majo-*
,, *rum consulat, interrogetq senten-*
,, *tias*, EORUM DUMTAXAT,
,, QUI DIVERSIS LICET TEM-
,, PORIBUS, ET LOCIS IN
,, UNIUS TAMEN ECCLESIAE
,, CATHOLICAE COMMUNIO-
,, NE PERMANENTES, MAGIS-
,, TRI PROBABILES EXTITE-
,, RUNT; ET QUIDQUID NON
,, UNUS, AUT DUO, SED OM-
,, NES PARITER UNO EODEM-
,, QUE CONSENSU APERTE,
,, FREQUENTER, PERSEVE-
,, RANTER TENUISSE, SCRIP-
,, SISSE, DOCUISSE COGNOVE-
,, RIT, ID SIBI QUOQUE IN-
,, TELLIGAT, ABSQUE ULLA
,, DUBITATIONE CREDEN-
,, DUM ,,.

Digitized by Google

est iſta omnia pervertendi (1) licentia, non laboro. Meminit ille quidem Franciſci Cordubenſis. Hunc item ipſe appellabis novae iſtius tuae doctrinae teſtem. Verum qua fide? Annon is Cordubenſis contra te pugnat calviniana iſta portenta de *Romani Papatus humana inſtitutione* turbantem, atque miſcentem? Scilicet is Cordubenſis *Artic.* II. *Annotat. Catholicar. cap.*CXVI. (2) adverſus Calvinum, sectarioſque ceteros demonſtrat: ROMANUM PONTIFICEM DIVINA ORDINATIONE PRIMATUM OBTINERE. Et Cap.CXXI. (3) ROMANUM PONTIFICEM DIVINA ORDINATIONE ESSE UNIVERSALEM EPISCOPUM. Et Cap.CXX. (4): „

(1) Febron. de Statu Eccl. cap.II. §.III. pagin.77. Edit. Bullionii anni 1765.

(2) Pag.694. Edit. Colon.1572.

(3) Pag 718.

(4) Is idem Cordubenſis C. CXVII. pag.700. docet: „ a divina Scriptura „ ſatis exponi, Eccleſiae Primatum „ fuiſſe conſtitutum in Petro, ut perpetua ſucceſſione ſemper maneret; ſed quinam ſint ſucceſſores „ Petri,„ quibus ad retinendam Eccleſiae, et fidei veritatem neceſſe ſit obedire, hoc eſt, quinam „ ſint indubitati ſucceſſores Petri,„ ab Eccleſia traditione Majorum nixa petendum eſſe teſtimonium. Ibid. p. ead. et Cap.CXVI. p.698. Quare, Cordubenſis quidem judicio, Eccleſia teſtis eſt, ſuccedere inſtitutione divina Epiſcopos Romanos in Primatu Petro, teſtis, inquam ſucceſſionis illius eſt, non arbitra transferendi primatus in alios; cum ipſa mutare nequeat, quod eſt divinitus conſtitutum. Quod ſi Cap.CXVII. p.698. transferri alio ſedem Apoſtolicam poſſe dicit, ea una conditione dicit, ut id non Eccleſiarum arbitratu fiat, ſed Romani Pontificis ſententia, ut qui eadem ac Petrus excellat poteſtate, idque urgente legitima cauſa, cujuſmodi eſſet, urbis Romae, quod Deus avertat, excidium; modo tantum Epiſcopus Romanus perſeveret dici, et eſſe.

ROMANUM PONTIFICEM JURISDICTIONIS POTESTATE DEI ORDINATIONE CETERIS EPISCOPIS ESSE SUPERIOREM. Et hunc scriptorem tamen audebis fuisse tibi assensorem dicere? Qua fronte, nisi fraudulenti hominis, veteratoris, vafri, qui cum veritate efficere nequeat, ut sibi cives sui assentiantur; eos capere posse confidat fallacia? Addes Sotum, atque Bannesium. At horum neutri quidquam prorsus tale, quale tu somnias, in mentem venit. Nam Sotus in IV. Sententiarum Dist. XXIV. a Febronio indicata, multo aliter. Sic enim habet: „ Quod electus in Papam accipit cla-
„ ves A CHRISTO eadem traditione sibi donatas,
„ QUA EAS CONTULIT PETRO. Semel enim de-
„ dit illas Petro, et suis successoribus, et sic eas Pon-
„ tifex accepit a Christo, NON AB ECCLESIA.
De Bannesio autem quid loquar, cujus alicubi est sententia aperte adversa, atque inimica tuae? (1).

(1) In Artic. X. Quaest. I. Part. 2. 2. Dubitatione quarta Fusior. Commentar. Conclus. III. p. 307. Edit. Venetae an. 1568. sic statuit: „ Pon-
„ tifex Romanus est, qui habet hanc
„ primam, et universalem potestatem
„ in Ecclesia Dei, et hoc jure di-
„ vino „ Et Probat. 2. p. 319. „ Si
„ Episcopus ROMANUS jure divi-
„ no non est Episcopus Orbis, ne-
„ que illa conjunctio est jure divino
„ statuta, sequitur, quod posit per
„ Ecclesiam fieri, ut manente ju-
„ risdictione Episcopi Romani in il-
„ la tantum Dioecesi, exigeretur
„ alius Episcopus totius orbis, qui
„ nullam Dioecesim haberet sibi
„ appropriatam, vel applicaret sibi
„ aliam, v. gr. Toletanam, vel Con-
„ stantinopolitanam, QUOD NUL-
„ LUS CATHOLICORUM CON-
„ CEDIT „. Jam vero hanc ille

His adjunges Cusanum . Quem hominem! Qui schismatis Basileensis tempore, schismaticis assensus, opus illud, quo Febronius fidebat, scripsit; qui inscite multa, inepte, falso complexus eo ipso capite est, quo Febronius idem nititur; quamquam non tam universe, neque tam insolenter ausus est, quam tute feceris, scribere (1). Sed age, tecum hi qua-

(Prob. IV.) *veritatem* vocat. pagina 321. Quin etiam addit:,, Si loquamur de universitate potestatis ,, Episcopatus Romani, supposito, ,, quod sit morte Petri, et approbatione Ecclesiae conjunctus cum ,, Episcopatu Orbis, tunc est de jure divino, quod Episcopus Romanus sit universalis Episcopus,,. Et pag 334.. ,, Respondetur,, Quod ,, electus in Papam accipit claves a ,, Christo eadem traditione sibi donatas, qua eas contulit Petro. Semel enim dedit illas Petro, et ,, suis successoribus, et sic eas Pontifex accepit a Christo, non ab ,, Ecclesia,,.

(1) Ex Libro ipso constat, quo tempore perscriptus fuerit. Hominem porro errantem magni fecere Sectarii; quamobrem curarunt, ut is ejus liber typis excuderetur Basileae an. 1560. una cum Marsilii Patavini, aliorumque scriptorum generis ejusdem operibus, ut propagare majorem in modum errorem suum possent. Quam autem inscite is loquatur Cusanus, cum ex aliis capitibus, tum ex eo potissimum constat, quod lib. II. cap. non XXXIII. ut Febronius putavit, sed XXXIV. p. 595. Edit. Basil. ,, non esse absur- ,, dum, ajat, dicere nomen Petrus ,, juxta Hebraeam linguam BETROS ,, dici, et sic apud nos Petrus positum loco Betrus, et hanc interpretationem convenire Evangelio, ,, et intentioni Christi etc. Rursum: ,, τὸ *Cephas* graecum esse, et Petrum primum Episcopum fuiſse ,, Hierosolymorum. Sed omnes hujus ſurfuris ineptias, falsasque illius opiniones persequi non vacat. Ceterum etsi pag. 599. sq. Cusanus affirmet. ,, Si ,, Trevirensis Archiepiscopus per Ecclesiam congregatam pro praeside, ,, et capite eligeretur, ille proprie ,, plus successor Petri in principatu ,, foret, quam Romanus Episcopus,, id tamen Cusanus (verens, ne errore se implicaret) ita dixit, ut statim addiderit:,, licet credendum sit Rom. Pontificem sicut locum Petri, ita et ,, principatum numquam perditurum etc.,,

ſuor senserint. Quid? Bannesium ne, Cordubam, Cusanum, Sotum dices, fuisse Cypriano, Firmiliano, Cyrillo Hierosolymitano, Basilio Caesariensi doctrina, virtute, sanctitate vitae celebriores? Non dices, opinor. Quid? Licebitne igitur libere cuiquam negare, validum esse baptisma conlatum in nomine Trinitatis, propterea quod ii tanta doctrina, dignitate, virtute Patres, secus atque traditio postulet, illud idem baptisma renovandum esse putaverint? Negabis licere, sat scio, ni committere velis, ut Anabaptista merito habeare. Non ergo fas erit cuiquam amplecti, contra vetustatem, universitatem, perpetuitatem, genus illud opinionis, quod duo tresve non dubitarint defendere. Hoc praeterea animadverti abs te vehementer velim: Duos illos, tresve scholasticos non ita, ut tu modo, fidenter; sed haesitanter fuisse loquutos (1), propterea quod metuerent, ne nova ipsorum Catholicae veritati repugnaret opinio.

(1) Cusan. ibid. p. 60. „ nihil de „meis conceptibus adeo firmum asse„ro, quin peritioribus dicam potius ac„quiescendum. Dicit enim Ambrosius „UNUMQUEMQUE FALLUNT „SUA SCRIPTA, atque ut filii defor„mes etiam delectant, sic etiam scri„ptorem indecori sermones sui pal„pant „. Praeterea Dominicus Bannesius, etsi tam accurate, ut vidimus, scripserit; post tamen, nescio qua volubilitate, quaedam adjecit de traditione Apostolica primatum in Romano Pontifice statuente, ex qua traditione Apostolica negare visus est, esse consequens, primatum eumdem competere eidem Romano Pontifici divino jure. At is dubitans haec dixit, timensque, ne errorem continerent, ut certe continent, praemonendos esse existimavit lectores suos pag. 331. col. 1. hoc modo „ Quidquid

Quam autem repugnet, demonstrabo brevi. Principio certum, testatumque est, salvo dogmate orthodoxae Religionis, mutari nequire id, quod Christianis fide divina ab Ecclesia ad credendum proponitur. Christianis autem fide divina ab Ecclesia ad credendum proponitur: „ Romanum Pontificem in universum or- „ bem tenere primatum, et ipsum Pontificem Ro- „ manum successorem esse B. Petri Principis Aposto- „ lorum, et verum Christi Vicarium, totiusque Ec- „ clesiae caput, et ipsi in B. Petro pascendi, regen- „ di, ac gubernaudi universalem Ecclesiam a Dño „ Nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam „ esse (1). Mutari igitur id nequit, salvo dogmate

„ dixero, summi Pontificis, et „ Sanctae Ecclesiae determinationi „ subjectum volo „. Quod idem fecisse video Dominicum Sotum, qui cum lib. IV sententiar. dist. XXIV. Artic. V adnotasset „ nullam ex Evan- „ gelio prohibitionem plane colligi, „ quo minus posset Ecclesiae con- „ stitutione fieri, ut Episcopus Or- „ bis sedem suam ab urbe demu- „ taret „ et alia quaedam animadvertisset suo arbitratu, quae componi cum traditione majorum nequeant; tum metuens, ne nova, ac singular opinione, sibi ad interitum pararet viam, ad extremum „ Haec au- „ tem. Inquit, sic a me dicta sunt „ ut tamen semper Romanis pedi- „ bus submittam caput. p. 42. Edit. „ Salmant an. 1560.

(1) Concil. Florent. In Definitione, seu Decreto Unionis Graecor. Tom. IX. Concilior. pag. . 23. Edit. Paris. an. 1714. At sunt, fueruntque nonnulli, qui Florentinum idem Concilium Oecumenicum esse negarent. Quid hoc ad rem? Ecclesiae auscultandum est, non paucis quibusdam, immo ne provinciae quidem uni, alterique contra, suo arbitratu, pugnantibus. Fuere item aliqui, qui Concilium Nicaenum II. qui Chalcedonense, qui Ephesinum, qui Constantinopolitanum I. qui Nicaenum etiam I. in Oecumenicis, fallive nesciis numeranda esse inficiarentur.

orthodoxae Religionis. Posset vero mutari ab hominibus, si institutionis humanae esset. Quare posset verum esse desinere, credendum esse fide divina, *Romanum Pontificem tenere primatum, ipsique in B. Petro traditam a Christo esse plenam regendae etc. universae Ecclesiae potestatem*; posset, inquam, verum esse desinere, si primatu etc. Romano Pontifici ademto, is idem primatus etc. transferri in alium quempiam Episcopum posset. Non potest autem; cum ad credendum fide divina ab Ecclesia proponatur. Non ergo is Pontificis Romani primatus dici humanae institutionis potest; adeoque adimi nequit Pontifici Romano, transferrique in alium quempiam Episcoporum, salvo religionis orthodoxae dogmate.

Quid? An eorum opinio Ecclesiae Catholicae labefactabit, convelletque sententiam? Profecto si haec de Synodis dijudicandis ratio valeret, nullum Concilium haberemus, quod dici oecumenicum recte posset; qua re quid fingi potest perversius? Scio fuisse Gallorum aliquos, qui de Synodi Florentinae oecumenicitate aut dubitarent, aut secus quam Ecclesia judicarit, judicetque, sentirent: at horum non fuit Ecclesiae Gallicanae probata licentia. Confer Natal. Alexandrum Dissert. x. in Hist. Ec. Seculi xv. et xvi. num. vi. Jam cum Ecclesiae Catholicae, Italicae, Gallicae, Hispanicae, Germanicae, uno verbo omnes, sive quae in Occidente, sive quae in Oriente sunt, Oecumenicam esse, adeoque in definiendo falli nesciam, et agnorint, et confessae sint Synodum Florentinam; quid ego Tamburinios, Febroniosque morer, qui inventa sua Catholicae Ecclesiae decretis, consensionique praeponere, magistramque orbis docere, uti sua minervam impudentissime audeant? Equidem hos, qui Ecclesiam non audiant, habendos esse velut ethnicos, et publicanos certo scio, quum nos Christus servator docuerit, refractarios istos in numero Ethnicorum duci oportere.

Deinde si Ecclesiae institutione Papatus Episcopo Romano competeret, ab Ecclesia quidem certe Pontifici Romano eum fuisse attributum dixissent Patres; non autem repetendum putassent ex successione Antistitum Romanorum, ut in Episcopatum ita etiam in Primatum Petri. Constans autem, eaque firma Irenaei (1), Tertulliani (2), Cypriani (3), Stephani Papae (4), Athanasii (5), Eusebii (6), Ambrosii (7), Optati Milevitani (8), Hieronymi (9), Augustini (10), Prosperi (11), Petri Chrysolo-

(1) Lib. III. Cap. III. num. I. sq. pag. 174. sq. Edit. Venetae an. 1734.

(2) Lib. de Praescriptionib. Haereticor. Cap. XXXII. et Cap. XXXVI. Idem docet Auctor Carminum contra Marcionem Lib. III. pag 635. opp. Tertulliani edit. Venetae an. 1744. Est is auctor Tertulliano, mea quidem opinione, vetustior.

(3) Epist. LV. al. LII. ad Antonianum p. 104. et Epist. LIX. al. LV ad Cornel. p. 135. Ed. Oxon. an. 1682.

(4) Confer Epist Firmiliani ad Cyprianum p. 225. Edit. opp. Cypriani Oxon. an. 1682. Neque vero id negare est ausus Firmilianus ibid.

(5) S. Athanas Histor. Arianor. ad Monachos num. XXX. et XXXVI. p. 288. Edit. Patav. an. 1777.

(6) Lib. V. Hist. cap. VI. et alibi.

(7) Epist. XI. quae est Synodi Aquileien an. 378. n. IV. p. 850. Tom. II. Opp. Amb. Edit. Venetae an. 1751.

(8) Lib. II. de Schismate Donatist, Cap. II. et III. p. 31. Edit. Antuerp. an. 1702.

(9) Epist. inter Damasianas XI. num. II. et III. pag. 546. Tom. I. Epistolar. Rom Pont. Edit. Paris. an. 1721.

(10) Psalm. contra Donatist Tomo IX. opp. p. 5. Edit. Antuerp. an. 1700, ubi sic habet: „Numerate „Sacerdotes vel ab ipsa Sede Petri, „et in ordine illo Patrum, quis „cui successit, videte. Ipsa est petra, quam non vincunt superbae „inferorum portae„. Vide praeterea ejus Epist. LIII. al. CLXV. ad Generosum n. II. p. 91. T. II.

(11) Carmine de Ingratis Parte I. v. 40. sqq v. 74. et v. 78 et v. 184. Confer etiam veteris Auctoris Librum II. de Vocatione Gentium cap XVI. p 512. opp. S. Prosperi Edit. Venetae an. 1744.

gi (1), Vincentii Lirinensis (2), Synodorum Ephesinae, et Chalcedonensis, uno verbo omnium Orthodoxorum est jam inde a primordiis nominis Christiani ducta sententia, idcirco Romanum Antistitem gaudere primatu, quod is Petri successor sit, sedemque teneat a Petro constitutam Romae. Jam vero si Primatus deriperetur Romano, atque in alium quempiam transferretur Episcoporum, puta in Trevirensem; qua veritate Trevirensis Petri successor esset, qui Paulinum habuit, non Petrum Apostolum antecessorem? Nam quod ajunt, ab Ecclesia declarari Trevirensem ex. gr., aut Parisiensem posse successorem Petri, nugatorium est. Nolo enim gravius dicere. Pugnat autem, ut qui Trevirensis, Parisiensisve Praesulis antecessor non fuerit; is declaratione nova, fuerit alterutrius eorum Antistitum antecessor. Quis namque non cernat, cum tanta sit inter τὸ *fuit*, et τὸ *non fuit* luctatio, ea simul componi, atque consistere nequire? Quid? Si figmento isto potestatis transferendi Papatus admisso, vis omnis doctrinae, qua majores nostri sectarios premebant, non debilitaretur modo, sed etiam frangeretur? Irenaeus ecce loco proxime indicato, adeo valere *successionem* Antistitum praesertim Romanorum docet,

(1) Epist. ad Eutychem, quae Edit. Rom. an.1755. extat Tom.II. opp. S.Leonis p.112. (2) Commonitorii Cap.16.

ut ea una omnium maxime *confundantur ii*, *qui secus*, *quam oporteat colligunt* (1). Tertullianus autem in Praescriptionibus adversus Haereticos cap. XXXII. „ Edant, *inquit*, (haeretici) origines Ecclesiarum suarum, evolvant ordinem Episcoporum „ suorum ita per SUCCESSIONES initio decur-„ rentem, ut primus ille Episcopus aliquem ex „ Apostolis, vel Apostolicis viris, qui tamen cum „ Apostolis perseveraverit, habuerit auctorem, et „ antecessorem. .. Sicut Romanorum (Ecclesia) „ Clementem a Petro ordinatum „. Horum sunt similia, quae Optatus Milevitanus adversus Donatistas scribit (2). At si portento illi de potestate transferendi in alium quempiam Primatus vis inesset ulla; facile quidem respondere his Patribus haeretici atque schismatici potuissent. Ac Marcionitae se ad Eleutherii usque tempora coluisse unitatem dixissent; post vero ab Ecclesia sua, quae vidisset, quam longe Romani a doctrina Apostolica descivissent, in alium fuisse translatum primatum, et unitatis centrum, aliumque dictum Petro successorem. Quin etjam Donatistae, qui suam Ecclesiam unam esse veram jactabant, argumento Optati satisfecisse cumulate se judicassent, si regessissent: transferri ab Ecclesia

(1) Lib. III. Cap. III. n.2. p.175. sqq. et Artic.4. n.29. sqq. pag.207. Confer Massuetium Dissert. III. in Iren. Artic. III. n.17. p.202. et n.22. sqq.

(2) Loco indicato

Christi vera primatum a Romano in alium quemvis Episcopum jure posse; tumque Romanum successorem, in primatu B. Petri esse desinere. Oraculo autem Ecclesiae Donatianae suae, quae una vera Christi Ecclesia sit, translatum esse primatum in Victorem Garbensem, indeque in Macrobium. Quare hos esse, non Episcopum Romanum, primatus ratione, successores Petri. At Irenaeus (1), Tertullianus (2), Optatus id effugii genus praeclusere. Nam priores duo negarunt, veram Ecclesiam constitui ab iis, qui successionem non retineant Romanae Cathedrae Episcoporum. Eos enim qui non retineant, ad eamque non conveniant, spargere, non colligere. Jam Optatus Donatistas, habere se partem in *urbe Roma*, hoc est, *Macrobium*, affirmantes, urget hoc modo (3). „ Si Macrobio dicatur, ubi sedeat; numquid potest dicere, *in Cathedra* Petri? Quam nescio, si vel oculis novit, et ad cujus memoriam non accedit ... Ergo restat, ut fateatur socius vester Macrobius, se ibi sedere, ubi aliquando sedit Encolpius, si et ipse Encolpius interrogari posset, diceret, se ibi sedere, ubi antea sedit ... Victor Garbensis; si

(1) Irenaeus loco item indicato.

(2) Tertullian. loc. indicato. Ei Ecclesiae adhaerendum dixit quae Apostolica sit. In Romanam omnem doctrinam Petrum cum sanguine suo transfudisse. Id vero quo tandem modo aptari poterit ei Ecclesiae, in quam transferatur, ut adversarius optat, primatus?

(3) Lib. II. Cap. IV. pag. 32.

„ Victori diceretur, ubi sederit, nec ante se ali-
„ quem fuisse monstraret etc. „. Fac autem, quod fieri certe non potest, ut in Trevirensem transferatur primatus, adimaturque Romano, interrogenturque adsertores translationis, ubi is sedeat? Dicere hi quidem poterunt, *ubi sedit Paulinus*; *at ubi sedit Clemens*, *ubi sedit Cletus*, *ubi sedit Linus*, *ubi sedit Petrus* dicere profecto non poterunt. Sed quid multis opus est? Patrum testimonio, Petri Cathedra, et Cathedra Romana reciprocantur; et quae successio Pontificum in Romana Cathedra est, eadem est PRINCIPIS APOSTOLORUM beata successio, ob eamque Cathedram Romana Ecclesia Centrum est unitatis, Radix, Matrix, Ecclesia *principalis*, ad quam omnem Ecclesiam convenire necesse sit, *propter potiorem principalitatem*. Qua ex re plane perspicitur, eum qui Romanae Cathedrae, Romanaeque Ecclesiae Episcopus non est, non esse successorem Principis Apostolorum; adeoque non tenere principalem Ecclesiam, quae centrum sit unitatis, matrix, radix, ad quam *sit necesse omnem Ecclesiam convenire*. Atque hinc etiam quisque cernit: quam sit duorum, triumvue illorum Scholasticorum, quos supra memoravi, inanis, quamque doctrinae Patrum inimica subtilitas, qui scholastici posse primatum ab Episcopo Romano separari commenti sunt; atque

transferri in alium quempiam, Romanum autem exortem primatus manere Romae. Sed dicant duo, tresve scholastici, quod volent; at homini certe catholico non licet a Majorum, seu a Patrum nostrorum doctrina recedere.

Rursum, undenam, obsecro, Pontifices, Synodi Oecumenicae, Patres *Principalitatem* Romanae Ecclesiae arcessunt, nisi ex constituta Romae nutu divino Cathedra ab Apostolorum Principe Petro (1)? Episcopo vero Romano adimi, alterique, ho-

(1) A Petro scilicet. Quod is proponebat, decernebat, ceteri probabant, ac sequebantur. Actorum „ Apostolicor. Capit. II. verf. 15. „ Cap.II. v.14. sq. Cap. III. v.12. „ Cap.IV. v.8. Cap.V. v.29. Cap.XI. „ v.18. et Cap.XV. v.7. sq. „ Is autem honos, atque haec auctoritas ex Christi institutione manarat, qua Petrus constitutus Ecclesiae Petra, Pastorque agnorum, atque ovium fuit, cujus fides non deficeret, quique conversus fratres confirmaret. „ Vid. Evang. Matth. Cap.XVI. v.17. „ sqq. Luc. Cap.XXII. v.31. sq. et „ Johan Cap.XXI. v.15. sqq. „ Petro autem martyrio, et vita functo, persuasum Christianis omnibus fuit, eos, qui ipsi succederent, centrum unitatis esse, praesidereque Ecclesiis universi orbis, atque ad eos concurrendum esse undique, ut de rebus, quae in contentionem venissent, quid credito, quidve facto opus esset intelligeretur; ex Epistola Clementis ad Corinthios, ex rebus gestis ab Hygino, ab Sotere, a Victore, a Stephano, ex Epistola Ignatii ad Romanos, ex itineribus a Polycarpo, ab Aegesippo &c. Romam susceptis, pernosci potest, quorum est ab Eusebio in Historia facta mentio. Quae quidem persuasio ita invaluerat, ut haereticarum sectarum Auctores (rati, si Romanam Ecclesiam seduxissent, omnes, qui ubique gentium versarentur, Christianos ipsorum sectam amplexuros) in Urbem venerint, inque eamdem Ecclesiam irrepere curarint, ut Valentinus, ut Cerdon, ut Marcion, ut Artemoniani, ut Cataphrygae, ut Theodotus, ut alii, quos commemorare longum esset. Ea vero persuasio, quae propagata in posteriora secula est, omniumque Catholico-

minum arbitratu, concedi Cathedrae potestatem pos-

rum assensione adserta, qui demum adeo invaluisset, nisi traditione constitisset: Christi nutu fuisse Petri successoribus tam insignem potestatem datam? Hinc S. Stephanus Pontifex, idemque Martyr Seculo III. „ per successionem Cathe- „ dram Petri habere se praedica- „ bat „ uti legitur apud Firmilianum, cujus est Epistola, quae inter Cyprianicas, num. est LXXV. *pag.* 225. S. Cyprianus Epist. LIX. ad Cornelium pag. 135. de refractariis agens, qui ad Romanos provocarant: „ Navigare, *inquit*, audent, „ et ad Petri Cathedram, atque „ ad Ecclesiam principalem, unde „ unitas Sacerdotalis exorta est „. Et Epist. LV. ad Antonianum pagina 104. „ Factum esse Cornelium „ Episcopum de Dei, et Christi ejus „ judicio ...., *ait*, cum Fabiani „ locus, idest cum locus Petri, et „ gradus Cathedrae Sacerdotalis va- „ caret „. Quid autem morer Rigaltium studiosum novarum rerum, qui contra Epistolarum Cypriani egregia testimonia, contra omnium Codicum Mss. fidem, contra Scriptorum ejus temporis auctoritatem, uno arbitratu suo τὸ *locus Petri* delendum censet? Innocentius I. Epistola XXIX. ad Synod. Carthaginens. n. I. p. 889. Tom. I. Epistolar. Rom. Pont. Edit. Paris. an. 1721. „ Divi- „ na, *inquit*, DECRETUM ESSE „ SENTENTIA, ut quidquid, quam- „ vis de disjunctis, remotisque pro- „ vinciis ageretur, non duceretur „ prius finiendum, nisi ad hujus Se- „ dis notitiam perveniret, ut tota „ hujus auctoritate justa quae fuis- „ set pronunciatio firmaretur, inde- „ que sumerent ceterae Ecclesiae, „ veluti de natali suo fonte, quod „ praecipere „ oporteret. De hisce Innocentii litteris agens S. Augustin. Epist. CLXXV. al. CVI. ad Paulinum num. 2. pag. 106. Tom. II. opp. edit. an. 1700. „ Scriptas, *ait*, fuisse eo „ modo, quo fas erat, atque opor- „ tebat Apostolicae Sedis Antisti- „ tem „. His consonant, quae Zosimus Epist. XII. ad Synodi Carthaginensis Patres num. 1. pag. 974. et Xystus III. Epist. VI. ad Johan. Antiochen. n. V. ibid. pag. 1260. scripserunt. Jam Leo Magnus Epist. V ad Episcopos Illyrici Cap. II. p. 38. Edit. Rom. an. 1755. „ Exigere, *inquit*, „ (ab Episcopo Romano) Dominum, „ ut ejus cura per omnes Ecclesias „ distendatur, cum Dominus ipsi „ Apostolicae dignitatis Beatissimo „ Apostolo Petro primatum commi- „ serit „. Et Epist. XII. ad Anastasium Thessalonicensem Cap. I. pagina 49. „ suam curam (a Roma- „ no Pontifice) universis Ecclesiis „ principaliter ex divina institu- „ tione deberi „ affirmat.

Digitized by Google

se, quam Petrus Romae constituit nutu Dei (1),

(1) Praetereo, ea, quae qui post Leonem floruere, Antistites Romanae Ecclesiae suis litteris complexi sunt; ne nimium longus sim, modumque excedere videar. Unum illud non praetermittam Anastasii in 1. Epist. ad Anastasium Augustum Tom. II. Concilior. pag. 948. ajentis, Sedem B. Petri in universali Ecclesia distinctum sibi a Domino Deo *tenere primatum*. Ad Synodos, quod attinet, Ephesina Oecumenica, quae habita an. 331. fuit, Action. II. p. 1471. et 1478. Tom. I. Concilior. Edit. Paris. an. 1714. non modo non repugnavit Philippo Presbytero Apostolicae Sedis Legato palam pronunciandi, Episcopos qui convenerant, uti membra suo Capiti Caelestino Papae adjunxisse, nam „Sanctum Petrum Apostolorum, et totius fidei „caput esse, et nulli esse dubium, im„mo seculis omnibus esse notum, „quod Sanctus, Beatissimusque Pe„trus Apostolus Apostolorum Prin„ceps, et caput, fideique columna, „et Ecclesiae Catholicae fundamentum „a D.N. J.C. Salvatore humani ge„neris, ac Redemptore claves regni „caelorum accepisse, solvendique, ac „ligandi peccata potestatem ipsi esse „datam, qui ad hoc usque tempus, et „semper in suis successoribus vivit, „et judicium exercet Hujus autem se„cundum ordinê successorem, et locum „tenentem esse Caelestinum etc. „: non solum, inquam, non repugnavit Synodus; sed suo etiam nomine dici ab Theodoto Ancyrano Episcopo voluit, legatos justam attulisse rationem, quamobrem sibi Nestorii damnationem ostendi poscerent. Ibid. pag. 1474. Neque hoc modo, verum et coactam se, ut Nestorium damnaret, fuisse testata est, per sacros canones, et Epistolam Sanctissimi Patris nostri Caelestini. Ibid. p. 1478. et eo adductam, ut confiteretur, oportere omnino, quae consequuta sunt in Synodo sanctitati suae significare. Ibid. p. 1503. Ephesinae concinit Chalcedonensis item Oecumenica in Epistola Synodica ad Leonem Pontificem Tom. II. Concilior. Edit. ejusd. p. 656. ubi Romanum Antistitem dicit πᾶσι τῆς τοῦ μακαρίου Πέτρου φωνῆς ἑρμηνεύτην καθιςάμενον: omnibus esse constitutum vocis B. Petri interpretem: et in Synodo orbis christiani universi Episcopis praeesse ὡς κεφαλὴν μελῶν, *uti caput membris*, et esse ipsum illum, cui παρὰ τοῦ σωτῆρος τῆς ἀμπέλου φυλακὴν *custodia vineae credita est*. Quemadmodum autem a SALVATORE credita Pontifici CUSTODIA VINEAE fuit, nisi ob constitutam nutu divino cathedram principis Apostolorum Romae? Jam seculo VI. in Sy-

ecquis ab errore liber defendet? Pontificibus vero,

nodicis litteris a Johanne Constantinopolitano ad Hormisdam Pontificem datis haec contineri constat: „ Prima salus est, rectae fidei regulam „ custodire, et a Patrum traditione „ nullatenus deviare, quia non potest „ D. N. Jesu Christi praetermitti sen„ tentia dicentis: Tu es Petrus, et su„ per hanc Petram aedificabo Eccle„ siam meam: Haec quae dicta sunt „ rerum probantur effectibus, quia in „ SEDE APOSTOLICA INVIOLA„ BILITER SEMPER CUSTODI„ TUR RELIGIO. Quapropter sicut „ praediximus, sequentes in omnibus „ Sedem Apostolicam, et praedica„ mus omnia quae ab ipsa decreta sunt, „ et propterea spero, in una communi„ nione vobiscum, quam Apostolica „ Sedes praedicat, me futurum, IN „ QUA EST INTEGRA CHRISTIA„ NAE RELIGIONIS, ET PERFE„ CTA SOLIDITAS „: Ibid pag 1017. Itaque Jesu Christi sententia concessum Sedi B. Petri Romanae est, ut in ea sit perfecta soliditas, utque, veluti promissum est, effectu probetur in ea inviolabilis custodia religionis. Plura leguntur generis ejusdem in Actis Synodi Romanae sub Bonifacio II. an. 531. Tom. eod. pag. 1116. et pag. 1121. sqq In Actis Synodi Lateranensis sub Martino I. haec leguntur dicta a S. Sophronio Episcopo Hierosolymorum Stephano Dorensi, quem Romam ad Apostolicam Sedem misit. Tom. Tertio Concilior. Edit. Paris. an. 1714. p. 714. „ Quantocius „ deambula, donec ad Apostolicam „ Sedem pervenias, ἔνθα τῶν εὐ„ σεβῶν δογμάτων εἰσὶν αἱ κρηπῖδες, „ *ubi sunt piorum dogmatum bases,* „ *seu fundamentum.* „ Bases, autem, ac fundamenta dogmatum ecquis constituere, nisi Deus, potest? Synodi Africanae tres Provinciarum Mauritaniae, Byzacenae, et Numidiae medio fere seculo septimo ad Apostolicam Sedem, ut est in Actis Synodi Lateranen. sub Martino I. Tom. III. Concilior. p. 734. edit. ejusd. in hanc sententiam scripsere, „ Magnum, et indeficientem omni„ bus Christianis fluenta redundan„ tem apud Apostolicam Sedem con„ sistere fontem nullus ambigere pos„ sit, de quo rivuli prodeunt af„ fluenter universum largissime irri„ gantes orbem Christianorum etc. „ Id vero, qui tandem Apostolicae Sedi competeret, nisi institutione divina? Neque enim fieri humanitus potest, ut fons sit Sedes Apostolica indeficiens fluentorum religionis. Quo sane spectant, quae Hadrianus I. P. M. suis Litteris ad Tarasium Episcopum Constantinopolitanum scriptis comprehendit, quas Synodus septima Oecumenica suscepit, admisitque,

Digitized by Google

Synodis, Patribus adjungenda prorsus est fides, et auctoritas; non uni, alterique, ut Febronio, ut tibi qui schismatis conflandi studio elatus, audeat a vetustate, consensione, perpetuitateque recedere.

Praeterea si humana institutione Primatus Pontificis Romani consisteret, ejus humanae institutionis vestigium aliquod in Historia, aut in vetere quopiam monumento reperiretur. Tam autem certum est, ejus rei vestigium in historia, vel vetere aliquo monumento extare nullum; ut contra ex veteribus plerisque catholicorum monumentis, exque historia liqueat, primatu fuisse potitum Romanum Pontificem jam usque ab Apostolorum temporibus (1), non decreto ullo totius Orbis Ecclesia-

ac praedicare ita sese, atque credere professa est. Action. II. p. 102. sqq. an. 787. Tom. IV. Concilior. Edit. Paris an. 1714. Confer praeterea Tarasii Patriarchae Constantinopolitani Epistolam ad Hadrianum Action. VIII. ibid. pag. 114. Sed modus est faciendus mihi. Itaque Synodos ceteras, quae post celebratae fuerunt, praetermitto, earum certe decreta, ac testimonia, quae perspicua sunt, si opus fuerit, dumque adversarii volent, allaturus; sunt enim mihi in promptu. De Patribus plura me supra dixisse memini.

(1) Vidimus nos quidem supra non semel, cuinam primatus competeret vivo Petro. Post hunc, principatum gessisse Romanos Pontifices plane demonstrant, quae extant vetera Ecclesiae Catholicae monumenta. Nam extremo Sec. I. Clemens Apostolorum discipulus, idemque Antistes Romanae Ecclesiae, ad quam Corinthii, ipsius sententiam rogatum miserant, Epistolam plenam auctoritatis dedit. Cur autem ad hanc Ecclesiam confugissent, nisi praesidere, praeesseque eamdem ceteris judicassent? Profecto Ignatius Martyr Johannis Evangelistae auditor, aequalisque temporum Clementis, initio genuinae Epi-

rum, neve Apostolica institutione, sed promissione

stolae ad Romanos suae, *προκαθῆται*, *inquit*, *ἐν τόπῳ Χωρίου Ῥωμαίων*: PRAESIDET IN LOCO REGIONIS ROMANORUM. Id vero *praesidere* de nulla alia Ecclesia, praeterquam de Romana dicit. Confer T. II. Apostolicor. Patrum p. 190. Edit. Londin. an. 1746. Quid? Si auctor sane vetus libri Pastoris (nam vixit is quoque cum Clemente) jus eidem Clementi affirmat fuisse, litteras mittendi *ad exteras civitates*, quibus litteris recta institutio proponeretur? *Lib. I. Visione II. p. 138. sqq. T. I. Apostolicor. Patrum Edit ejusd. an.* 1746. „ Mittet Clemens ad ex- „ teras civitates; illi enim permis- „ sum est „. Cur autem, nisi quia Clemens erat successor Petri? Ac Irenaeus quidem, qui a Polycarpo Johannis Apostoii auditore disciplinam acceperat, posteaquam meminit *principalitatis* Romanae Ecclesiae, Clementisque in Episcopatu successionis; Epistolam hujus ad Corinthios laudat, quam *potentissimam* dicit. Jam id principatus, et auctoritatis genus ceteros Antistites Romanos tribus etiam ipsis Ecclesiae prioribus seculis obtinuisse, tam certum est, ut non modo Polycarpus, Hegesippus, alii Romam ad cathedram Petri venerint cogniturі, quid traditum ipsi a Principe esset Apostolorum; sed etiam sectarum haereticarum conditores frequentes ad eam confluxerint, arbitrati fore, ut, eam si circumvenissent, suarumque partium fecissent, ejus auctoritate fidem sibi apud Ecclesias reliquas conciliarent. Alioqui cur Valentinus, cur Cerdo, cur Marcion, cur Cataphrygae, cur Praxeas, cur Artemoniani, cur Theodotus, cur plures alii Romam potius, quam alio se contulissent, inque Ecclesiam irrepere, aut coetus in ea Urbe habere conati essent? Hi vero cum damnati ab Sede Apostolica fuerint, parem quidem certe ubique gentium poenam tulerunt. Neque vero fieri secus poterat. Tanta enim auctoritas Pontificum Romanorum fuit, ut his Ecclesiae ceterae edicentibus parendum esse judicarent. Victori ecce Seculo II. de die celebrandi Paschatis Synodos in Ægypto, in Palaestina, in Osdroene, in Asia Proconsulari, inque aliis Provinciis indicenti, Episcopi obtemperarunt. Qui vero obtemperassent, aut qui tandem minis illius commoti essent, nisi praeesse ipsum omnibus agnovissent? Qua de re consuli Massuetium volo Dissert. III. in S. Iren. Libros Art. VI. n. 35. et Coustantium in Victore I. §. I. T. I. Epist. Rom. Pont. p. 91. sqq. Edit. Paris. an. 1721. Atque agnosse id quidem illos, intelligi ex Irenaei lib. III. contra Haereses cap. III. plane potest, qui

Christi, ad quam unam maxime Patres provocavere, cum haereticos oppugnarent.

certe numquam tam fidenter, nihilque haesitans, *principalitatem* Romanae Ecclesiae praedicasset, nisi eam constanti orthodoxorum omnium niti perspexisset, pervulgataque sententia. Est porro Irenaei, cujus saepe meminimus, locus hujusmodi: numero secundo, pagina 175. „ Maximae, et antiquissimae, et omnibus cognitae, a gloriosissimis duobus Apostolis Petro, et Paulo fundatae, èt constitutae Ecclesiae, eam, quam habet ab Apostolis TRADITIONEM, ET ANNUNCIATAM HOMINIBUS FIDEM PER SUCCESSIONEM EPISCOPORUM PERVENIENTEM USQUE AD NOS INDICANTES, CONFUNDIMUS omnes eos, qui quoquo modo vel per sibi placentia, vel vanam gloriam, vel per caecitatem, et malam sententiam, praeterquam oportet, colligunt. Ad hanc autem Ecclesiam, propter POTIOREM PRINCIPALITATEM NECESSE EST *omnem convenire Ecclesiam*. hoc est eos, qui sunt undique fideles „. Successione porro descripta, sic Irenaeus adjungit: „ Et est plenissima haec ostensio, unam, et eamdem fidem vivificatricem esse, quae in Ecclesia ab Apostolis usque nunc sit conservata, et tradita in veritate „. Vetus auctor Carminum contra Marcionem, si minus paulo antiquior, at aequalis saltem Tertulliani, L. III. pag. 635 opp. ejusd Tertulliani, Edit. Venetae an. 1744. sic habet.

„ Hac Cathedra Petrus, qua sederat ipse, locatum
„ Maxima Roma Linum primum conſidere jussit,
„ Post quem Cletus et ipse curam suscepit ovilis etc.
„ Ecclesia Romae
Composita a Petro, cujus successor et ipse,
Jamque loco nono Cathedram suscepit Higinus etc.

Pergit porro scribere: a Telesphoro Pontifice Cerdonem, ab Higino Marcionem pulsos ex Ecclesia universa fuisse, qua ex re intelligitur, Cathedram rectam ab iis, qui Petro successere, eosque praecipuam tenuisse in Ecclesia ut dignitatem, ita etiam auctoritatem. Haud secus agit Tertullianus Lib. de Preſcriptionib. Haereticor. cap. XXXI. et cap. XXXVI. Neque vero adeo a Pontiano, et Fabiano Pontificibus III. ſeculo, Origines metuisset, ut apud eos purgandum sese censuerit, si gaudere Ecclesiae communione vellet; non inquam, adeo metuiſſet, nisi prin-

Digitized by Google

Rursum nisi voluntate, institutioneque Dei principatus Ecclesiae delatus B. Petri successoribus esset; quo, rogo te, modo Patres docuissent, ejus successionis ratione, traditionem divinorum dogmatum commonstrari (1); ac non Romanam Ecclesiam

cipatum eos in Ecclesia universa obtinere putasset, Cathedrae Petri, quam successione tenerent, causa. Confer S. Hieronymum Epist. LXV. ad Pammachium cap V Edit. Martianaei Tom. IV. Par. II. et Coustantium in Pontiano, et Fabiano T. I. Epistolar. Rom. Pont. p. 115. Edit. Paris. an. 1721. Jam vero S. Cyprianus (Epist. LV. al. inter Cornelianas X. ad Antonianum. num. 8. T. I. Epistolar. Rom. Pont. Edit ejusd. p. 163.) S. Cornelium in Fabiani, hoc est in Petri locum successisse confirmat. Quod item ostendit Epist. LXVIII. ad Stephanum n. 5. pag. 215. Tom. eod. I. Epistolar. Rom. Pont. Non aliam ob causam, quam quod Dionysius Romanus Pontifex Petri successor esset, Alexandrini quidam ad eum Praesulis sui detulerunt nomen, qui Praesul Alexandrinus ita adversus Sabellium disputarat, ut visus quibusdam esset in errorem oppositum descivisse. Vide S. Athanas. Epist. de Sentent. Dionys. n. XIII. Tom. I. Edit. Patav. an. 1777. p. 198. cujus quidem Athanasii de Romano Apostolico Throno deque Pontificibus viris Apostolicis, deque traditionibus, quas a Magno Apostolo Petro acceperunt, illustris est in Historia Arian. ad Monachos num. XXXV. sqq. Tom. I. pag. 288. locus. Quid? Si Eusebiani confiteri ingratis debuerunt „: Romanorum „ Ecclesiam magnificam apud omnes „ esse, quippe (quae ἐξ ἀρχῆς AB „ INITIO ut ἀποστόλων φροντιστήριον, καὶ εὐσεβείας μητρόπολιν γεγενημένην. APOSTOLORUM SCHOLAM (SEDEM vertit Coustantius, Domicilium Valesius) EXISTENTEM, ET PIETATIS METROPOLIM „. Vide Sozomen. lib. III. Hist. Cap. VIII. p. 95. Edit. Taur. an. 1747. Notum enim erat, ad Pontificem Romanum, διὰ τὴν ἀξίαν τοῦ θρόνου *propter Cathedrae dignitatem* (ut qui successor sit Petri) τὴν πάντων κηδεμονίαν *omnium curam pertinere*. Sozomen. ibid.

(1) Confer Irenaei locum deſcriptum Adnot. Superiore, ut etiam Augustini, quem dabimus not. seq. Jam.

Digitized by Google

ad ullas alias singulares, sed has ad Romanam *convenire necesse esse, propter potiorem principalitatem*; ejusque successionis vi convinci haereticos; et eam ipsam successionem petram esse, quam non vircunt superbae inferorum portae (1)? Qua enim humana virtute fieri umquam potest, ut portae inferi quemquam superare nequeant; utque tanta quis auctoritate praestet, ut *ad eum convenire necesse sit*, retinendae doctrinae Catholicae causa?

Deinde qua specie veri affirmassent Patres, Romanam Ecclesiam principalem esse, unde unitas sacerdotalis exorta est; et ex qua communionis venerandae in Ecclesias Reliquas jura permanant (2);

vero, ut Patres ceteros omittam, vide S. Theodori Studitae lib. 1. Ep. xxxiv. pag. 241. Edit. Venetae an. 1728. oper. Sirmondi Tom. v. . Est autem in ea Epiſtola ſcriptum: a *Chriſto Pontificem Petri succesſorem per Petrum accepisse claves*. Quare Epiſt. xxxiiI. pag. 240. idem Theodorus divinum Romani Pontificis Principatum vocat, ideoque ab eo esse quaerendum infallibile fidei. Ep. cxxix. lib. 1I. p. 462.

(1) S. Augustinus Psalm. contra Donatistas pag. 5. Tom. ix. opp. Edit. Antuerpiae an. 1700. „ Numerate, „ *inquit*, Sacerdotes vel ab ipsa Pe„ tri sede, et in ordine illo Pa„ trum, quis cui successit, videte. „ Ipsa est petra, quam non vin„ cunt superbae inferorum portae „.

(2) Vidimus supra de Irenaeo. S. Cyprianus Epist. LIX. ad Cornelium, inter Cornelianas XII. n. 14. pag. 184. Tom. I Epistolar. Rom. Pont. Edit. Paris. an. 1721. de Schismaticis agens, qui Romam navigarant: „ Navigare „ audent, *inquit*, et ad Petri ca„ thedram, atque ad Ecclesiam prin„ cipalem, unde unitas sacerdota„ lis exorta est etc. „. Confer etiam ejus Ep. XLIII. al. XI. p. 83. Edit. oper. Oxon. an. 1682. et S. Optati Milevit. insignem locum e lib. 1I. c. 11. sq. et S. Ambrosium, seu potius Synodum Aquilejensem Ep. Synodica ad Gratia-

Digitized by Google

si humana sententia unitatis centrum in ea consti-

num Imperatorem, quae est XII. inter Damasanas n. 2. et 4. Tom. I. Epistolar. Rom. Pont. pag 553. sq. Edit. Paris. an. 1721. ubi sic habe-
,, tur: ,, Aliud est, quo magis
,, angimur, de quo fuit rite tra-
,, ctandum, ne TOTUM COR
,, PUS POSSET ECCLESIAE TO
,, TO ORBE DIFFUSUM, ET
,, UNIVERSA TURBARE. Nam
,, licet frequenter comperimus, Ur-
,, sinum (*qui in Pontificatum in-*
,, *vadere conabatur*) non potuisse
,, obrepere pietati vestrae, quam-
,, vis quietum nil esse patiatur...
,, tamen ne sancta mens vestra...
,, importuni hominis simulata adu-
,, latione flectatur, deprecandos vos,
,, et obsecrandos... aestimamus,
,, non solum praecaventes futura;
,, sed etiam praeterita, quae jam
,, ipsius temeritate gesta sunt, per-
,, horrescentes. Nam si aliquam
,, viam nactus fuerit audaciae, quid
,, non ille confundat?... Cum igi-
,, tur scriptum sit: Haereticum post
,, unam correptionem devita, cum
,, et alius vir sancto loquutus spiri-
,, tu dixerit: declinandas hujusmo-
,, di bestias... quomodo fieri po-
,, test, ut eum, quem societati eo-
,, rum insertum vidimus, non etiam
,, assertorem perfidiae judicemus?
,, Quod etiam si deforet, TAMEN
,, TOTIUS ORBIS ROMANI CA-
,, PUT ROMANAM ECCLESIAM
,, atque illam sacrosanctam fidem
,, Apostolorum ne turbari sineret,
,, obsecranda fuit Clementia vestra.
,, INDE ENIM ET IN OMNES
,, VENERANDAE COMMUNIO-
,, NIS JURA DIMANANT,,. Quorsum haec pertineant, quisque cernit. Qui autem *totum Ecclesiae corpus toto orbe diffusum* in periculum vocatum fuisset, nisi Sedis Apostolicae auctoritas tam late pateret, ut in universum sese diffundat terrarum orbem? Cur autem tam late pateat, nisi quia ducta a Petro sedes eadem est, cujus est, ut Augustinus scribit, *petra* successio, quam non vincunt superbae inferorum portae, super quam petram, (ut ab Hieronymo scriptum ad Damasum fuisse vidimus) est fundata Ecclesia? Quod si communis haec persuasio orthodoxorum omnium non fuisset, qui demum S. Gelasius Anastasio Imperatori seculo V. nihil haesitans dixisset: ,, Si cunctis generaliter sacerdo-
,, tibus recte divina tractantibus fi-
,, delium convenit corda submitti?
,, quanto potius sedis illius Praesuli
,, consensus est adhibendus, quem cun-
,, ctis sacerdotibus et divinitas sum-
,, ma voluit praeeminere etc.? Ubi pie-
,, tas tua evidenter advertit numquam
,, quolibet penitus humano consilio
,, elevare se quemquam posse illius
,, privilegio, vel confessioni, quam
,, Christi vox praetulit universis;

Digitized by Google

tutum fuisse judicassent? Nam si humana sententia? non ex Romana Ecclesia profecto, sed aliunde sacerdotalis exorta fuisset unitas, et communionis venerandae jura manassent. I modo, ac si quidem potes, contra vetustatem, perpetuitatem, universitatemque perge dicere: humana voluntate, atque sententia Romanis Episcopis attributum fuisse primatum; quare adimi ipsis, transferrique in Parisiensem exempli gratia, aut in Augustanum etc. posse.

Quod si qui sunt, qui Primatus Petri sedem ab Cathedra Episcopatus Petri sejungi, Ecclesiae auctoritate, posse arbitrentur; nae illi ostendent, sese velle a Patrum adversus haereticos pugnantium latissime propagata, vetere, constanti, perpetua doctrina discedere. Patres enim unam esse Cathedram Petri fundatam Romae affirmant, non duas; eamqe cathedram ut Episcopatus, ita Primatus Cathedram esse; adeo ut, qui in ea sedeat, idem successionis (1) a Petro jure, haud secus ac Petrus

„ quam Ecclesia veneranda confessa „ SEMPER est, et habet devota primatem. Impeti possunt humanis „ praesumptionibus, quae sunt DIVINO JUDICIO constituta; vinci autem quorumlibet potestate „ non possunt „. Epist. II. ad Anastas. Tom II. Concilior. Edit. Paris. an. 1714. p. 893. Mitto ceterorum Pontificum, Conciliorum, Patrumque loca, ne in re sane certa, atque testata sim longior, quam necesse sit.

(1) Confer Auctorem Carminum contra Marcionem lib. III. pag. 635. Edit. Venetae oper. Tert. an. 1742. S. Cyprian. Epist. XLIII p. 81. Edit. opp. Oxon. ubi „ Cathedra una, *inquit*,

ipse, et Episcopus sit, et Primas, ac Centrum pro-

„ superPetrum, Domini voce, fundata „. et S.Optatum Milevitanum lib. II. contra Donat. Parmenian. cap.III. pag.31 Edit. Antuerp. anno 1702. quo loco: „ Ergo, *inquit*, „ cathedram unicam, quae est prima de dotibus, sedit prior Petrus, „ cui successit Linus etc. „ Prudentius περὶ ςεφάνων Hym.II. qui est de S. Laurentio v.460. de Romana Ecclesia agens, sic habet:

„ Hic nempe jam regnant duo
„ Apostolorum Principes,
„ Alter vocator Gentium,
„ Alter CATHEDRAM POSSIDENS
„ Primam, recludit creditas
„ Aeternitatis januas „.

Vide praeterea ejusdem Hymnum XI. v.31. ubi fidem vigere inquit: *Quam Paulus retinet*, *quamque* CATHEDRA PETRI. Adeundus praeterea est S.Augustin. Epiſt.LIII. al.CLXV. ad Generosum p.91. T.2. opp edit. Antuerp.1700. ubi „ Si ordo Episco„ porum, *inquit*, sibi succedentium „ considerandus est, quanto CER„ TIUS, et vere salubriter ab ipso „ Petro numeramus, cui totius Ec„ clesiae figuram gerenti Dominus „ ait: *super hanc Petram* etc. Petro „ enim successit Linus etc „. De qua successione consule rursum Irenaeum, Auctorem Anonymum veterem apud Euſeb. Hiſtor. Ecclesiast. lib.V. cap XXVIII pag.219. Edit. Taurin. an.1746. Epiphanium Haeres XXVII. num. V. pag.107. Edit. Paris Petavii an.1622. S.Auguſt. loco indicat. Optatum loco indic. S. Proſperum Carmine de Ingratis p.72. Edit. Venetae an.1744. Catalagos denique veteres, quos Bucherius, Scheleſtratius, Blanchinius, Garampius etc. ediderunt. Mitto de SS.Pontificibus Stephano I. Xysto III. Epiſt. V. ad Cyrill. Alexandrin. pag.1254.ſqq. Tom.I. Epiſtolar Rom. Pont. edit. Paris. anno 1721. etc. deque Synodis Epheſina praesertim Action. III. pag. 1478. Tom.I Concilior.Edit.Pariſ. an.1714. dicere, ne fuſior ſim, quam res poſtulet. Romanum porro Pontificem caput Eccleſiae, sedemque Romanam radicem, matricemque Eccleſiarum reliquarum eſſe, intelligi ex locis Patrum, Synodorumque, quas proxime memoravimus, plane poteſt. Nihil autem eſt cauſae, cur Cypriani, aliorumque veterum Eccleſiaſticorum Scriptorum hac de re ipſa loca deſcribenda mihi eſſe putem, cum et omnibus pateant, et si ea deſcribere inſtituerem, moleſtus lectori eſſem.

pterea unitatis, Caput universae Ecclesiae, et gregis Christi universi Pastor. Qua ex re fit, ut qui Romanus Episcopus non est, is (constituatur licet ab hominibus quibusvis, voceturque primas); cum Petri Sedem Romanam non teneat; neque Petri Successor erit, neve Primas Ecclesiae, neve Catholicae unitatis Centrum.

Quod autem duo, tresve homines novi e schola commenti fuerint, *per accidens* primatum adnexum esse Episcopatui Romano Petri, me ne leviter quidem commovet. Nam duos, tresve consectari, contra atque vetustas, perpetuitas, universitas, consensio postulet, nemo tam erit ingenio impotens, tam procax, tam ab regulis Patrum discrepans, tam indignus Catholici appellatione, qui sibi existimet licere (1).

(1) Confer S. Iren. lib. III. cap. III. contra Haereſes n. I. ſqq. p. 175. sqq. Edit. Venetae an. 1734. Tom. I. Tertullianum lib. de Praeſcriptionibns cap. XVI. p. 207. ſq. et cap. XX. p. 208. ſqq. Vincentius Lirinenſis Patres ſuperiores sequutus, Commonitor. cap. IV. p. 8. Edit. Rom. an. 1783. Quid? „ inquit, ſi novella aliqua contagio „ non jam portiunculam tantum, „ ſed totam etiam Eccleſiam com„ maculare conetur? Tunc provide„ rit (Catholicus homo) ut anti„ quitati inhaereat, quae prorſum „ jam non poteſt ab ulla novita„ tis fraude ſeduci. Quid? ſi in „ ipsa vetustate duorum, aut „ trium hominum, vel certe civi„ tatis unius, aut etiam provin„ ciae alicujus error deprehendatur? „ Tunc omnino curabit, ut temeri„ tati paucorum, vel inscientiae, si „ qua sunt universaliter antiquitus „ universalis Ecclesiae decreta prae„ ponat. Quid? Si tale aliquid „ emergat, ubi nihil hujusmodi re„ periatur? Tunc operam dabit, ut „ collatas inter se majorum consu„ lat, interrogetque sententias; eo„ rum duntaxat, qui diversis licet „ temporibus, et locis, in unius „ tamen Ecclesiae Catholicae com-

Atque hoc etiam restaret scilicet, ut qui probabilismum de re morum reiiciendum merito praedicant; iidem illum inducendum in religionem, inque doctrinam fidei arbitrentur.

Ad Bellarminum tamen Febronius tuus prodromus provocat. Quasi vero tanti Bellarminus sit, ut si, quod ipsi attribuis, dicat, ei sit necesse Catholicum buemque fasces submittere. Verum ecquid in Bellarmini operibus est, quod tibi opi esse, atque praesidio possit? *Bellarminus*, inquis, *idipsum animadvertit lib.*1I. *de Rom.Pont. cap.*12. *Edit. Colon. T.*I. *p.*635. Quid istuc est *idipsum*? Nempe *institutione hominum, et non Dei, Episcopum Romanum, et non alium, dictum esse successorem dignitatis Papalis post mortem Sancti Petri*. Os durum! Qua tu fide istud audes affirmare, quod est calumniae, dolique plenum; neque aliorsum tendit, quam ut populum orthodoxum transversum agat, inducatque in fraudem? Bellarmi-

„ munione, et fide permanentes, „ magistri probabiles extiterunt, et „ quidquid non unus, aut duo tantum; sed omnes pariter uno, eodemque consensu aperte, frequenter, perseveranter tenuisse, scripsisse, docuisse cognoverit, id sibi quoque intelligat absque ulla „ dubitatione credendum „. Jam ad rem nostram qnod attinet: quid ferant universalis Ecclesiae, hoc est Oecumenicarum Synodorum decreta, vidimus. Sententias item Patrum contulimus, qui uno, eodemque consensu aperte, frequenter, perseveranter et agnorunt, et litteris commendarunt, quod nos tuemur. Quid ergo duos, tresve Scriptores illos hesternos moremur, quos contra ab Auctore Libelli, *quid est Papa?* laudari cernimus; cujus est omnis ex Febronio ducta mentiendi, resque novas consectandi licentia?

nus ecce in eo, quem indicas loco, in primatus successione Romana aliquid esse humani; divini etiam aliquid affirmat. Nam quod Petrus Romae sedem fixerit Episcopatus, ac Primatus divinitus sibi crediti, ibique ad mortem usque manserit, Petri voluntatis, atque adeo humanae fuisse: quod autem ii successores Petri sint non Episcopatus modo, sed etiam Primatus ratione, qui ejus Urbis Episcopi constituti post Petrum fuerint, in qua Urbe Petrus idem fiixisset sedem, supremumque obiisset diem; id voluntatis fuisse, institutionisque Divinae. Ex hac autem sententia, quis non videat, plane esse consequens, divina institutione Episcopum Romanum successorem esse non modo Episcopatus, verum etiam Primatus ratione Beati Petri; adeoque adimi ei Primatum ab Ecclesia nequire? Quemadmodum enim immutare Ecclesia poterit, quod perstiterit, perstetque institutione Dei? Quid ergo est reliqui, nisi ut tu (qui Bellarminum adeo fidenter affirmas tuarum fuisse partium) reus sis calumniae, confidenterque decipiendae Christianae plebis causa mentiare?

Equidem dum Synodorum, Patrumque testimonia, quae supra descripsi, quaeque describenda supersunt, diligenter considero, Ecclesiaeque universae summam, perpetuam, constantem ea de re animo colligo consensionem; eo demum adducor, ut mecum statuam, non minus liquere primatum Episcopi

Romani divina institutione consistere, quam consistat Episcoporum supra Presbyteros simplices auctoritas. Haereseos autem reum esse eum, qui pervicax censeat, humana institutione, Presbyteris simplicibus Episcopos dignitate, auctoritateque praestare, testata res est. Quid autem restat, nisi ut pari censura notandus sit, qui humana institutione niti primatum Episcopi Romani, eique adimi proinde primatum ipsum, atque in alium Antistitem transferri ab Ecclesia posse, pertinax doceat? Melchior Canus Theologus sane magnus in VI. Locorum Theologicorum Libro Cap. IV. cum plane nosset, quid hoc de dogmate cumprimis traditio Majorum, atque adeo quid Ecclesiae, quae columna est veritatis, et firmamentum, doctrina postulet; affirmassetque: *Romanam Sedem* eam esse, ubi *Petri et soliditas, et auctoritas, Deo auctore collocatae sint*; tum id ab haereticis *impudenter*, a nonnullis autem Catholicis *imprudenter* negari animadvertit; monuitque, *satis persuasum esse* DEBERE, *nisi valde simus* PERTINACES, *in Romana sede Petri auctoritatem, et firmitatem* (Deo, ut ante docuerat, auctore) sitam; atque ad extremum (cap. VII.) non intelligere, se se dixit, quo consilio *fideles quidam haereticorum opinionibus*; quam doctrinae catholicorum favere malint. Qua ex re perspicitur, eum, qui una humana institutione primatum Episcoporum Romanorum firmum existimet,

haereticorum opiniones sectari, et gravi propterea in errore, magnaque in sententiae perversitate versari. Quamobrem Benedictus XIV. Pontifex Maximus in altero Libro de Synodo Dioecesana cap. 1I. *jure, ac merito*, inquit, *ejusmodi paucorum opinionem refellunt, et censura perstringunt Melchior Canus de Locis Theologicis Lib.* VI. *cap.* IV. *Gregorius de Valentia in Analysi fidei catholicae lib.* VII. *cap.* XII. *aliique non pauci Theologi*.

Pergis scribere „ *Haec ab hominibus facta institutio potest ab hominibus deinceps mutari commodo Ecclesiae, rerumque civilium publicarum*. Quam aliena a doctrina majorum haec sint, quam opinionibus haereticorum consona, quam inimica decisionibus, seu definitionibus Synodorum etiam Oecumenicarum, quam denique merito rejicienda, atque damnanda, ostensum jam est, ut nihil sit nova oratione opus. Quare miror, reperiri Catholicorum quemquam posse, qui te, tuique similes ista mentientes, atque jactantes non detestetur, exsecretur, ac si pervicaces pergatis errare, non esse diris devovendos putet.

Quae porro tu de commodis Ecclesiae, rerumque civilium publicarum turbas, cujusmodi tandem sunt? An quod institutione divina consistit, nocere Ecclesiae, civitatique posse existimas? Id si ita est, non equidem video, cur non tu ad eorum sis numerum adscribendus, qui deleturi, si possint, christianum

nomen, atque impietatem illaturi, persuadere imperitae plebi conantur, Christianorum religionem *civili statui* repugnare.

Age vero, si adeo constans, adeo communis, adeo firmata Patrum traditione, Synodorumque definitionibus, adeo certa non esset, ut est revera, doctrina de Episcopi Romani constituto primatu, auctore Deo; an quisquam tam erit impudens, ut opinionem novam tuam plane testatam, indubiamque esse defendat? Quod si fronte tam es proterva, nemo ut te sit ad audendum projectior; tamen ni omnium sibilis, ut merere, conscindi velis, hoc saltem fateare necesse est: contra te catholicos plerosque omnes traditione Majorum, Synodorumque decretis fretos pugnare; nihilque ab se proponi credere, quod non satis exploratum, certumque sit. Verum fac non adeo arbitrentur certum. Quid? Commodo ne Reipublicae, Ecclesiaeve mutari judicabunt posse, quod non satis constet, humanae esse institutionis? At quam se temere periculo committent labefactandi divini juris? Ecquid porro istud est commodi, quod, ne divina institutio pervertat, vereare? Id certe ne indicas quidem. Ad haec, cum Catholicis omnibus, demtis tribus, quatuorve, (qui tamen, ut vidimus, dubitant, haesitant, revocant se interdum, veniam dictorum rogant), cum catholicis, inquam, omnibus persuasum sit, alteque infixum mentibus haereat, pri-

matum Episcopi Romani divinae institutionis esse; quae dissensiones (si fidem suam hi laedi, religionemque in periculum vocari cernant), quae turbae, quae schismata non erunt mutationis auctoribus pertimescenda, quibus sane dissensionibus Christiana societas in factiones, contra atque Evangelium praecipiat, discindatur, turbeturque placida civilis Reipublicae, quieta, constansque felicitas. Haeccine tu, Ecclesiae, ac Reipublicae commodo futura arbitrare? Id si censes, quae tua ista mente poterit mens esse nomini Christiano, *Statuique* civili perniciosior? Exempla, quaeso, in memoriam revoca temporum superiorum; quantumque intulerint in Ecclesiam, remque civilem publicam damnorum, qui novi quidpiam isto in genere tentarunt, considera; tumque, si frons ista feret, negato, vera me dicere. Sed catholici dogmatis studio incitatus, paullo acrius invectus in te sum, etsi non quam res ipsa posceret, at quam vellem, quamque mea ferret ad placabilitatem, comitatemque propensio. Verum quando nihil non tuo merito a me dictum intelligas; tuum erit, si sapies, non quemadmodum te ulcisci queas, sed quo te modo emendes, tuaeque saluti consulas cogitare. Vale.

Idibus Novemb. 1786.

Digitized by Google

EPISTOLA VII.

PISTUS ALETHINUS ANONYMO S. D.

Rogat Anonymus, num possit restitui ratio eligendi Pontificis a Principibus, qui imperio potiantur? Ostenditur, a quibus inducta abusio illa fuerit, et quam apte ad Evāgelii praeceptiones sublata.

I. Ad electiones descendis Pontificum Romanorum. Hos olim ab Episcopis, Populoque, deinde a Principibus, qui imperio potirentur, electos, narras, moxque rogas: *possit ne restitui haec eligendorum Paparum ratio?*

Doce me quandonam Pontificum Romanorum *Electio* juris esse coeperit Regum, aut Imperatorum? Equidem Invasores Reges, eosque Arianos Odoacrem primum, tum Theodoricum (1), (atque hunc certe extremo suae vitae tempore, cum saeviter in Catholicos fureret), non jam eligendorum Pontificum, sed proponendorum Clero ad eligendum, initium fecisse reperio; Regum autem, vel Imperatorum, qui ante vixissent, non catholicorum modo, sed etiam ethnicorum, quique tale quidpiam sibi arrogarit, reperio prorsus neminem. Arianorum Constantii plane similium exemplum tam repugnans Ecclesiasticae libertati Prin-

(1) Confer Baronium ad an. 526. n. xxII. et Orsium Tom. xvII. Hist. Lib. xxxIx. n. xxxII.

Principes aliquot deinceps imitati sunt; sed hi, agnito demum Ecclesiae Catholicae jure (ita ut leges a Majoribus, apte sane ad ea, quae Apostoli a Christo acceperant, latae (1) postulant), inceptis sibi absti-

(1) Christus elegit Apoſtolos ita, ut nihil juris in his eligendis reſervarit Imperatori. Inde Apoſtoli non modo de ſuffragio, sed ne de diſſenſu quidem, conſenſuve laborarunt Imperatorum, cum Epiſcopos aut eligerent ipſi, aut ab Eccleſiis deinceps eligendos ſtatuerent. De ratione autem, quam hoc in genere Apoſtoli inierant conſule Clementis I. P. M. Epiſtolam priorem ad Corinthios n.42. et 44. p. 29. ſq. Edit. Pariſ. Tom I. Epiſtolar. Rom. Pont. an. 1721. De electione S. Cornelii Papae, et Martyris (Epistola LV. ad Antonianum num. VIII. pag. 164. Tom. ejuſd. et num. 9. pag. 165.) agens S. Cyprianus, factum, ait, fuiſſe Cornelium Epiſcopum, cum Decius ,, Imperator patientius, ac tolerabilius audiret levari adverſus ſe aemulum principem, ,, quam constitui Romae Dei Sacerdotem ,,. Non ſum neſcius, Conſtantium Imperatorem videri, noluiſſe Epiſcopos deligere ſuo arbitratu, ſed eos inſtitui curare, ut poſcunt Canones; at interea Praesides ſacrorum cogere conſueſſe, ut iis Epiſcopatus deferrent, quos ipſe Arianis partibus ſtudere cognorat. Verum S. Athanaſius in Hiſtoria Arianorum ad Monachos n. LI. pag. 296. T. I. Edit. Patav. ant. 1777. eum accuſans: ,, Dum ſe ſimulat, *inquit*, Ec- ,, cleſiaſticum curare canonem, o- ,, mnia contra canones agere molitus ,, eſt. Quis canon praecipit, ut a Pa- ,, latio mittatur Epiſcopus? etc. ,, num. LII. p. 297. In litteris ſuis ,, judicium obtendit Epiſcoporum.. ,, Si Epiſcoporum decretum eſt, ,, quid illud attinet ad Imperatorem? ,, Sin Imperatoris minae ſunt, quid ,, opus hominibus nuncupatis Epi- ,, ſcopis ,,? Quid? Si Romanis cum Felicem Episcopum dari Conſtantius idem, poſt pulsum in exilium Liberium, juſſiſſet, adminiſtro uſus Epicteto; Felicem potiri Episcopatu *populi* non tulerunt, nec uti Felix ipſe in Eccleſias ingrederetur, ſed procul ab illo abſcesserunt? Confer Sanctum Athanaſium ibidem num. LXXV. pagina 307. ſeq. Manſit ergo in Epiſcopatu Liberius, Felicisque irrita fuit electio, etſi is ſeſe Catholicum fingeret. Qui poſt Liberium potiti fuerunt Pontificatu ad Odoacris uſque Regis barbari, ejuſdemque Ariani tempora, electi, ordinatique fuere ,, conſentientibus ſanctis ſacer- ,, dotibus, omnique clero, ac po-

nendum judicavere, quemadmodum res ipsa clamat, demonstratque tot seculorum usu firmata sententia, quae nisi invaluisset, multo plura, quam ob aliquorum dissensiones, superior aetas viderit, discidia extitissent. Atque hoc etiam restabat ad cumulum detrimentorum Reipublicae populi christiani, ut quae jamdiu sublata salutariter est, ea nunc tandem consilio, atque opera tua (qui cum catholicum te simules, ad castra transfugeris Novatorum) velut ex inferis revocetur abusio.

Transferendum esse Pontificatũ a Romano in aliũ quempiã Episcopum, rursum Anonymus errans dictitat.

II. Sed pergis scribere: inter eos qui potestatem Ecclesiasticam divinitus consequuti sunt, eosque, qui seculari praestant, transigi Ecclesiae, civilisque Reipublicae bono posse, ut quae nunc viget Pontificis eligendi ratio tollatur; et loco Episcopi Romae, Antistes alterius cujuspiam urbis augeatur Pontificis dignitate; Cardinalesque eo redigantur; ut resistere nequeant.

„ pulo „ ita prorſus, ut de ſe ſcribit Innocentius I. Epiſtola I. ad Anyſium Tom. I. Epiſtolar. Romanor. Pontific p. 745. Edit. Pariſ. an. 1721. At initio VI. Seculi *Baſilius Patricius*, qui antea Odoacris vices explerat Romae, cavit, ne *ſine ſua conſultatione, cujuslibet celebraretur ad Epiſcopatum electio*. Ceterum auſus non fuit dicere, Regis id nomine ab ſe peti; *ſed admonitione Simplicii Papae*. At ei ita caventi Patres Synodi Romanae habitae an. 502. quo tempore Theodoricus Regnum Italiae obtinebat, acriter reſtiterunt; propterea quod: „ praetermiſſis iis, quibus ma„ xima cura eſt de tanto Pontifice, „ electionem laici in ſuam redege„ rint poteſtatem, quod contra ca„ nones eſſe manifeſtum eſt „. Tom. II. Concilior. Edit. Pariſ. an. 1714. p. 977. et p. 979. Vide Synodale decretum. Stephani IV. an. 769. Tom. III. Concilior. Edit. ejuſd. pag. 2013. ſq.

Tamen ne adeo es animatus male, ut orthodoxos Episcopos, Principesque rerum civilium publicarum conspirare in id scelus, te duce, posse arbitrere, ut non modo Patrum, Synodorumque Oecumenicarum decreta, diuturno Ecclesiarum omnium fixa, atque firmata consensu, convellant; sed pervertant etiam, ac labefactent, quae sunt constituta Christi Servatoris sententia (1)? Quid est, nisi hoc Ecclesiae Praesidibus, Principibusque rerum civilium publicarum Catholicam religionem colentibus injurium est? Jam quod de bono Ecclesiae, Reique publicae dictitas. cujusmodi, quaeso, est? An contra Patrum statuta, contra Christi sententiam adimere Romano Episcopo primatum, atque hunc in alterius cujuspiam urbis Episcopum transferre, vergere existimas ad Ecclesiae, Reipublicaeque bonum posse? Hoc si ita est? quid erit reliqui, nisi ut non solum esse acatholicum te, sed etiam christiani nominis hostem confiteare, Verumtamen, fac existant, qui tibi assentiantur, quique deiici de dignitate Romanum, alteriusque urbis Episcopum pontificatu ornari statuant, cogantque non paucos, ut eorum partes sequantur; censesne partem, vimque maximam Catholicorum iis assensuram, quae quidem pars certum habet, Romanum gaudere pri-

G 2

(1) Confer quae de Sanctis Patribus, de Synodis Oecumenicis, deque Christi sententia perſequuti ſumus Epiſt. superiore.

matu institutione Christi? Equidem plane prospicio, partem hanc maximam quidvis esse satius perpeti constituturam; quam ut ab eo separetur, quem credat caput esse Ecclesiae jussu Christi, centrumque christianae unitatis. Itaque, te suasore, schisma conflabitur. Id autem schisma, quotus quisque tam est impos mentis, ut conferre quidquam ad Ecclesiae, Reique publicae bonum posse, non dicam putet, sed vel leviter suspicetur? (1) Age vero tamne quisquam sit imperitus Christianae antiquitatis, ut nesciat; aut tam tenui, fluxaque memoria, ut non meminerit, quae factiones, quae turbae, quae damna in Ecclesiam, Remque publicam immigrarint Principum quorumdam studiis, et contentione, qui unum aliquem, qui apud ipsos gratia valeret, salutarem Ecclesiae, Reique civili publicae utilem; alium autem quemli-

(1) Legito S. Irenaeum lib. IV. advers. Haereses Cap. XXVI. num. 2. pagina 262. Tom. 1. opp. Edit. Venetae 1734. et Cap. XXXIII. num. 7. pag. 272. ubi „ Indicabit, *inquit*, „ (Deus) et eos qui schismata operantur, qui sunt inanes non habentes Dei dilectionem, suamque „ utilitatem potius considerantes, „ quam unitatem Ecclesiae, et propter modicas, et quaslibet causas „ magnum, et gloriosum Corpus „ Christi conscindunt, et dividunt, „ et quantum in ipsis est interficiunt, „ pacem loquentes, et bellum operantes, vere liquantes culicem, et „ camelum deglutientes Nulla enim „ ab eis tanta potest fieri commotio, quanta est schismatis pernicies „. Horum similia sunt, quae scribunt S. Dionys. Alexadrin. Epist. ad Novatian. apud Euseb. lib. VI. Histor. Eccl. Cap. XLV. edit. Taurin. an. 1746. p. 178. Eodem recidunt, quae Patres ceteri, ut Athanasius, Optatus, Chrysostomus, Hieronymus, Augustinus etc. de schismate litteris mandaverunt.

bet, etsi virtutis laude praestantem, non inutilem modo, sed perniciosum etiam fore dicerent? Anastasii Augusti (1) tibi veniat in mentem velim, qui Laurentium factiosum hominem in Petri sedem invadere conantem extremo quinto seculo, quibuscumque opibus potuit, contra Symmachum Papam fovit: Henrici praeterea, et Agnetis, quibus adjuvantibus Cadalous Parmensis homo incredibili audacia pellere ex sede Alexandrum secundum contendit, seseque ab seditiosis dici fecit (2) Pontificem: Henrici rursum quinti, qui Burdinum adversus Gelasium secundum (3): Guillelmi quoque Ducis Aquitanorum, qui Petrum Leonis conrra Innocentium II. (4): Friderici etiam I. qui Octavianum adversus Alexandrum III. (5): Ludovici denique Bavari, qui Petrum Corbariensem (6) in Johannem XXII. vel concitarunt, vel miserandum in modum vexata, discissaque Ecclesia defenderunt. Horum si memineris, simul una recordabere tempestatum, quibus maximis exagitata fuit non Ecclesia modo, sed Res etiam quaeque civilis publica. Et erat tunc certe omnis non de transferendo primatu a Ro-

(1) Vide Baron. ad an.498.n.11I.

(2) Confer Baron. eumd. ad anno 1061. num.2. ſqq. ubi locum affert Leonis Oſtienſis, ex lib. 11I. Cap.xx. et Epiſtol. Petri Damiani ad Codolaum.

(3) Adiſis eumd. Baron. ad annum 1118. num.2. ſqq.

(4) Et ad an.1130. n.1. ſqq.

(5) Et ad an.1159. ſq. n.33. ſq.

(6) Vide Rainaldum ad ann. 13. 25. ſq.

mano ad alterius cujuspiam urbis Antistitem, ut tute cuperes; sed de Romano ipso rite deligendo contentio. Quod si tanta nihilo secius ob eam rem ingruit in catholicum orbem calamitas; quanto hanc existimas majorem fuisse futuram, si de primatus dignitate adimenda Romano, alteriusve Civitatis Episcopo deferenda disputatum, actumque fuisset?

Atenim etsi non concedo; patiar tamen tantisper, ut inter Praesides sacrorum, Principesque civitatum conveniat, in alium quempiam Episcopum primatum esse transferendum, dejecto Romano. Id quidem ut accidat, certo scio, te numquam esse consequuturum. Sed fac, accidat: rogo, quamdiu ea perdurabit conventio? Deinde abs te sciscitor, cujusnam urbis Episcopum ea tam praecelsa dignitate augendum arbitrere? Ejusne, quae in potestate sit ejusdem Episcopi; an alterius, quam unus aliquis Princeps laicus teneat? Nullus hic esse poterit circuitioni locus. Alterutrum concedas, necesse est. Itaque si ejus urbis, in qua Episcopus idem imperio potiatur; quaero rursum, quid ab hoc tibi polliceare, quod a Romano te esse diffidas impetraturum? An illum putas gratiorem erga Reges, Praesidesque Sacrorum, adeoque ad ea, quae postulant, concedenda, proniorem, facilioremque fore? Atqui ejusmodi postulata aut ad Ecclesiasticam disciplinam, fidemve orthodoxam exacta erunt, aut contra? Si contra, censesne, id eos Re-

ges, Principesve Catholicos non indigne laturos, quibus est Canon Ecclesiasticus, Religionisque verae cultus vehementer cordi? Indigne autem, molesteque cum laturi sint; quî tu speres conventionem illam tuam fore diuturnam? Sin pugnes, apte ad Religionem, disciplinamve postulata effici oportere; quae te ducet ratio, ut quod petatur apte ad pietatem, observationemque legum, facile alterius urbis Episcopum concessurum, censeas, Romanum vero non item facile concessurum? Quamquam in re disciplinae id agi a Pontificibus Romanis video, quod agi consuerat a Sancto Martyre Cypriano, cujus haec est in Epistola LIX. (1) ad Cornelium Papam, oratio „ Opto omnes commilitones nostros intra „ Christi castra, et Dei Patris domicilia concludi. „ Remitto omnia: multa dissimulo: studio, ac voto „ colligendae fraternitatis ... delictis, plusquam oportet, remittendis paene ipse delinquo etc. „.

Quod si urbis alicujus Episcopo Pontificatum Maximum deferendum esse statues, quae urbs aut Imperatori, aut Regi cuipiam, aut Principi subsit; quo demum modo quisquam sibi persuadebit, portentum illud Pontificis quieti Ecclesiae universae, Rerumque publicarum omnium esse aliquamdiu consulturum?

(1) Edit Oxon. an. 1682. al. inter Cornelianas XII. num. 16. Tom. I. Epiſtolar. Rom. Pont. pag. 187. Edit. Pariſ. an. 1721.

Fac enim, ea urbs aut Imperatori, aut alteri cuiquam Principum pareat; ejusne urbis Antistitem, qui coeperit Pontificis maximi fungi munere, ita se diu continere, gerereque posse arbitrare, ut ceteris Principibus salutaris, utilisve Rebus, quas ipsi regant, publicis videatur? Sit ille pari erga omnes amore, ac pietate quantum voles; verum cum crebrae inter Principes dissensiones, simultatesque oriantur, quae in bellum plerumque desinant; quo tu modo impedies, quin ille ipse translatitius Pontifex in suspicionem veniat aut studii majoris in Imperatorem, Regem etc., in cujus ditione versetur; aut metus, ne si secus agat, quam Imperator, Rex etc. jubeat, in hujus incurrat offensionem? Ea vero suspicio quorsum evadet, nisi ut Principes illi novum istum Pontificem obfuturum paci, tranquillitatique communi censeant, non profuturum? Quae cum ita sint, annon intelligis conventionem istam, quam finxisti tibi (si modo dari umquam posset) diu ob dissensiones, turbasque novas, consistere nequire? Atque hoc etiam vere dicam: dum curari abs te pacem Ecclesiae, commodisque Reipublicae prospici jactas, sic te agere, ut nihil magis, quam perturbationem rerum, confusionemque inducere velle videare.

Jam vero si uti coepisti, perrexeris; quis non videat, eo te denique agendum esse praecipitem, ut

concedere cogare, tot Pontifices inferri in Ecclesiam rite posse, quot sunt Principatus catholici? Quum enim potestatem transferendi Primatus ab Romano ad alterius urbis Antistitem, pacis, utilitatisque majoris spectro metiare; qua tu fronte obsistes Principibus, quorum quisque unum aliquem Episcopum ditionis suae (tranquillitatis suorum, commodique majoris spe, inani quidem, at spe tamen) dici Pontificem faciat, eo neglecto, abjectoque primate, quo tute delectarere? Quod si sumas, omnium Episcoporum, ac Principum consensionem abs te requiri, ut in unum, non in plures transferatur Pontificatus; sument item illi: diffidere ei se, in quem Episcopi alienae regionis consenserint: Perturbari posse ab eo pacem, qua una niti translatio debeat: Vereri se eumdem ipsum, dum Principis, in cujus ditione versetur, commodis studet, non inutilem modo populis, qui sibi pareant, sed perniciosum etiam futurum; quare ne quid sua cujusque ipsorum Respublica detrimenti capiat, dandam sibi operam esse, ut is Pontifex dicatur, qui urbis alicujus Episcopus sit, quae in suam venerit potestatem. At plures tu Primates non pateris. Quid? Annon qua licentia contra majorum constantem traditionem, definitionesque Oecumenicorum Conciliorum, transferri Pontificatum posse statuis; eadem prorsus Principibus ipsis statuere fas erit, jure ab se fieri, ut primatus in

aliquem Episcoporum suae gentis cadat? Iniquum est, mihi crede, tibi ut concedi velis, quod aliis esse concedendum inficiere. Atenim habere, inquies, nonnullos scriptores te e coetu catholicorum, quos sequi auctores possis. Sit ita. Verum sunt hi, ut supra animadverti, perpauci, iique recentes, quorum etiam loca quaedam vitiare non dubitas, rapereque, more tuo, in pejorem partem. Quid? Censes ne principibus, si tam licenter, quam tute consueris, agere velint, scriptores novos paucos numero defuturos, qui cum sese Catholicos profiteantur, tum Primatum, etsi juris est divini, tamen humano jure Romano competere, transferrique in tot Episcopos rite posse doceant, in quot Principibus, sacrorumque Praesidibus opportunum, atque utile videatur? Ad Mayerum (1) illi; ad Febronium, qui Ecclesiam collegium ait esse, non statum, sequutus Pufendorfium, cujus hominis haeretici catholicam affirmat esse sententiam (2); ad Eleutheropolitanum, qui recentiore memoria *de Papa* italice scripsit, *deque hujus sacerdotis praerogativis*, quorum trium priores duo Germani sunt, tertius Italus, isque, ut jactat, catholicus; ad hos, inquam,

(1) Monachum in opuſculo, quod ante hos annos paucos, reunionem Catholicorum cum haereticis curaturus, publicavit inſcriptum: *Paſſus primus*.

(2) Vide hujus opus inſcriptum: *De Statu Eccleſiae. et Legitima Poteſtate Rom. Pontif.* Lib. ſingularis. cap. II. §. 12. pag. 127. Edit Bullion. an. 1763. et Epistolam II. Machii ad Febronium §. v. ſqq. T. I. pag. 207. ſqq.

Praesides illi sacrorum, ac Principes, (si tam licenter, quam tu soleas, agere voluerint) provocabunt; atque ab se Ecclesiis, quae in ipsorum sint ditione, eum primatem praefici contendent posse, quem Rei suae publicae existiment profuturum. Neque tamen ab se plures induci Pontifices defendent. Esse namque, dicent, exploratum sibi, aliquos jam inde a superiore seculo scriptores exortos fuisse, qui cum catholici videri ament, tum Pontificem Romanum *extraneam* esse, seu *peregrinam potestatem* vociferentur. Quod si habendus Romanus Episcopus *peregrina potestas* est; quanto haberi magis *peregrini* debent ii, qui et recens Primatus dignitatem sibi arrogarint, et in alieno Principatu degant? Nolle autem se, ut *extranea* potestas quidquam juris in ipsorum ditione obtineat. Unum se Primatem agnoscere, quem ipsi sibi constituerint, ceteros alienarum regionum, uti schismaticos, nihili pendere. Quid tu ad haec? Condemnabis ne ipsos novitatis? Non arbitror: nam id si audeas, committes profecto, ut (quemadmodum ex iis liquet, quae supra disputata sunt), condemnent illi eodem te crimine.

Jam vero hoc tot Summorum Primatum monstro in Ecclesiam inlato; discissaque inde orthodoxa consociatione, ecquod Res non sacra solum, sed etiam civilis publica non expectet detrimentorum? Omnia Princeps laicus rediget in potestatem. Ni-

hil erit aut dogmatum, aut disciplinae, quod non suo arbitratu constitui, administrarique velit. Episcopis, spectroque illo Primatis in speciem, ut auctoribus decretorum, abutetur; re autem vera ipse et excogitator erit eorum, et auctor. Hinc dissensiones, contentiones, factionesque exorientur, quae tranquillitatem non civium privatam modo, sed publicam etiam in discrimen vocent. Constantii Augusti volo memineris (1). Is cum cognosset, si Liberium Pontificem Maximum ad suas pertraxisset partes, omnes sibi esse conciliaturum, eum quibuscumque modis poterat, seducere conatus est; cumque ab eo sibi resisti vidisset, adeoque in exilium pepulisset; synodos coegit, simulans nihil se agere praeter canonem, (2) et decreta Episcoporum,

(1) S. Athanasius Hist. Arianor. ad Monachos num. xxxv. Tom. I. Edit. Patav. an. 1777. pag. 290. „ Neque „ Liberio, *inquit*, Romano Episco„ po ab ipso initio pepercere; sed „ usque ad ejus urbis cives suum „ propagarunt furorem, nihil reve„ riti, quod Apostolicus ille thro„ nus sit ... sed omnia simul com„ miscentes, omnium una oblivi„ scuntur ... Cum enim illum cer„ nerent auctorem omnibus esse, „ ut (haeresim) aversarentur .. arbi„ trati sunt ... si Liberium seducere „ possent, omnes illico superaturos: „ quare illum apud Imperatorem „ (Constantium) calumniantur. Il„ le sperans se per *Liberium* διὰ „ λιβερίε quamprimum πάντας „ *omnes* sibi conciliaturum cum lit„ teris spadonem quemdam Euse„ bium nomine mittit dona feren„ tem, ut blandiretur donis, lit„ teris vero minaretur etc. „. Sed Liberium cum in fide conſtantem expertus esset, in exilium misit, ut ibid. num. xxxvi. sqq.

(2) Ibid. num. 52. pag. 297. „ Dum in litteris suis (Constan„ tius) judicum obtendit Episcopo„ rum, arbitrio ilie suo rem gerit; „ licet minime lateat ... si enim il-

quibus tamen cavebat, ne quid decernerent, quod non ipse (1) consilio ductus laicorum administrorum constituisset decerni oportere. Quantum inde perturbationum in Rempublicam redundarit, Athanasius, (2)

„ lud Episcoporum decretum est, „ quid illud attinet ad Regem? Sin „ Regis minae sunt, quid opus ho- „ minibus nominatis Episcopis? „ Quandonam a seculo res hujusmo- „ di audita est? Quandonam Eccle- „ siae decretum ab Imperatore ac- „ cepit auctoritatem, aut pro decre- „ to illud habitum est? Multae „ antehac synodi coactae sunt; „ multa prodiere Ecclesiae decreta; „ sed numquam Patres res hujusmo- „ di Imperatori suasere, numquam „ Imperator Ecclesiastica curiose per- „ quisivit etc. „ Et num. 51. p. 296. „ Dum se simulat Ecclesiasticum cu- „ rare canonem, omnia contra ca- „ nonem agere molitus est. Quis „ canon praecipit, ut a Palatio mit- „ tatur Episcopus? Quis canon ju- „ bet, milites invadere Ecclesias? „ Quis tradidit, Comites. Ecclesia- „ sticis praeesse rebus, aut edicto ju- „ dicia eorum, qui Episcopi vocan- „ tur, promulgare etc. „.

(1) Athanas. ibid. num. 38. p. 290. „ Vetat lex illos ad Ecclesiasticum „ consilium admitti. Attamen hos „ nunc Ecclesiasticorum judiciorum „ dominos reputant, eorumque ar- „ bitratu judicat Constantius, dis- „ simulantibus illis, qui Episcopi „ nomine vocantur. Hehu, quis res „ ejusmodi scripto traditurus est? „ Et num. 36. pag. 288. Sanctus „ idem sic inducit Liberium Papam, „ cujus dicta probat, loquentem: „ „ Non Ecclesiastici Canonis illud „ est, nec talem umquam a Patri- „ bus accepimus traditionem, quae „ videlicet traditiones ipsi (Pontifices „ Romani) a B. et Magno Aposto- „ lo Petro accepere. Sed si Impe- „ rator Ecclesiasticam curat pacem, „ Ecclesiastica synodus procul a Pa- „ latio cogatur, ubi nec Imperator „ compareat, nec Comes accedat, „ nec judex comminetur, sed Dei „ timor sufficiat etc.

(2) Ibid. num. 38. p. 289. „ Quot „ domibus insidiati sunt, pertur- „ batores Ecclesiae: quot viris quan- „ tae pollicitationes factae, ut adver- „ sus Liberium gererent: quot Epis- „ copi his perfectis rebus sese ab- „ debant? quot liberae mulieres, ob „ structas ab Christi inimicis calum- „ nias, per pagos secesserunt? quot „ ascetis insidiati sunt? quot illic „ commorantes homines, qui sta- „ tum ibi domicilium nacti erant, „ expelli curarunt etc. „. Horum

aliique memoriae prodiderunt. Haud certe secus a Principibus Eutychianis (1), deincepsque ab Iconomachis factum constat. De his autem haec litteris consignavit Sanctus Theodorus Studites lib. II. Epistola xv. (2) „ Hinc terrores, ac trepidationes, stuporesque omnium hominum; adeo ut frater fratri „ valedicat, et amicus amicum aversetur. Synodus „ facta est veterem illam impiam confirmans, et Orthodoxam anathemate condemnans ... Miseranda „ nobis omnia, luctuque digna. Subtrahuntur Cantica ab antiquis accepta, in quibus imaginum fit „ mentio: canuntur pro eis nova: omnium rerum „ impia est conversio „. Et Epist. xxxiii. ad Leonem Papam lib. I. (3) „ Nec vero satis illis fuit, „ quod per priorem conventum, in ejus, qui moechos copularat receptione, sacrorumque cum „ eo communione Parasynagogi, ut Basilius loquitur, facti sunt; sed ut haeresis absolutae nomen adipiscerentur, in altera publica Synodo „ eos qui pravo eorum sensui non adhaeserant, aut

sunt similia, quae narrat num. 48. pag. 295. num. 53. sqq. pag. 297. sqq. Mitto, quae S. Hilarius, quaeque Ammianus Marcellinus litteris consignarunt, ne longior sim, quam et res postulet, et ego velim.

(1) Nolo hic fusius persequi, quae damna fuerint a Zenone, ab Anastasio, a Monotheletis inlata non solum in Ecclesiam, sed in rem civilem etiam publicam. Fuerunt ea ab Historicis, et Patribus tradita memoriae hominum sempiternae.

(2) Pag. 320. Tom. v. oper. Sirmondi Edit. Venetae an. 1728.

(3) Pag. 239.

„ universam potius Ecclesiam Catholicam anathe- „ mati subjecerunt, et quotquot hactenus in con- „ spectum venerunt, partim longinquis exiliis mul- „ tantes, partim carceribus includentes pristinam usi- „ tato more persecutionem renovarunt. Ac nefarii „ sermonis praesidio se ipsos defendunt. Adulterini „ enim conjugii conjunctionem dispensationem esse „ decernunt. In Regibus divinas leges nihil posse „ definiunt. Episcopum unumquemque in Sacros „ Canones potestatem habere pronunciant. Te- „ stes sunt ii, qui dum iniquitates, tamquam di- „ spensationem faciunt, in eo ipso tum alios, tum „ se ipsos sanctos vocant, et eos, qui illos non „ admittunt, velut a Deo alienos anathemate feriunt. „ Quid igitur ad haec dicendum est, nisi Apostoli- „ cum illud: *nunc antichristi multi facti sunt*, si di- „ vinis legibus, et canonibus omnes homines sub- „ diti non sumus. Irrugi divinitus, contra prae- „ sentem haeresim, ut decet. Si enim isti, arrogata „ sibi auctoritate haereticam Synodum cogere veri- „ ti non sunt, qui ne ortodoxam quidem absque co- „ gnitione vestra (hoc est Sedis Apostolicae Antisti- „ tis) ut antiquus mos obtinet, cogere poterunt; „ quanto magis aequum, atque adeo necessarium „ fuerit, a divino tuo Principatu legitimam Sy- „ nodum convocari, et neque *suprema dignitas tua* „ *ἡ θεία πρωταρχία σου* cum orthodoxis omnibus ana-

„ themae notetur a novis nugatoribus „. Sed de his hactenus.

Nunc illud ex te quaero, Constantinopolitanum ne Graecorum, Armeniorumque Ecsmacensem Primates Schismaticos esse arbitrere, an contra? Si contra; erunt igitur illi, te judice, conjuncti Ecclesiae, quam tu ipse confiteris catholicam; quod tam falsum est, ut illi ipsi huic se junctos esse vehementer negent. Sin Schismaticos esse confiteare, dic, rogo, qua id constantia confitebere? Didicisse abs te Graecus, testabitur: Primatum Romani esse juris humani, transferrique propterea in alterius Urbis Antistitem ab Ecclesia posse majoris commodi causa. Esse jam addent, persuasum sibi, Romanum non solum, ut tu existimas, labi posse, sed etiam lapsum in errorem esse, Ecclesiamque Occidentis, quae illi pareat, errore se pari illigasse, adeoque esse Christi Ecclesiam desiisse. Unam superesse Graecorum Ecclesiam, quae vera sit. Ab hac esse translatum Primatum in Constantinopolitanum. Jam eamdem fore Armeniorum responsionem, quis dubitet? Peto abs te rursum, quibus argumentis schismatis eos convinces, quibus ad haec ipse praemonstraris viam?

Pergis porro, ac displicere, inquis, tibi, eligi Pontificem a Cardinalibus; quamobrem eo denique redigi hos oportere, ut si ab aliis Pontifiicem deligi videant, non modo non resistere, sed ne hiscere qui-

quidem possint. At id nunquam tibi venisset in mentem, ni magnum aliquod malum ex ea eligendi ratione, quae jam usque a tot seculis invaluit, proficisci existimares. Quod si ita est, quid restat, obsecro, nisi ut Wiclefo assentiare, cujus est haec ab Oecumenica Synodo Constantiensi (1) damnata sententia? „ Electio Papae a Cardinalibus „ per diabolum est introducta „. Verum cujusmodi tandem id malum est? Periculum ne, ut is Pontifex creetur, qui si Italis placeat, non placeat Gallis, aut Germanis, aut Hispanis etc? Sed id periculi cur non erit metuendum, si ab aliis, non a Cardinalibus Pontifex eligatur? Age vero, an in numero Cardinalium non sunt Germani, Galli, Hispani, quibus vehementer est curae, ne quis potiatur Pontificatu, qui minus Principi placeat, gentique suae? Non est ergo cur vereare, ne id mali ex electione Cardinalium oriatur. Veruntamen dicam, quod res est: te, modo Romanam Ecclesiam male dicendo in invidiam voces, ne curare quidem, vera ne, an falsa loquare.

At enim Cardinales, inquis, uti Cardinales, sunt extra Hierarchiam constitutam a Deo; quare cum haec dignitas excogitata ab hominibus fuerit; subdenda est praeceptionibus Episcoporum, qui sunt

(1) Artic.xi. Sess.viii. Tom.viii. Concilior. p.301. Edit. Pariſ.an.1714.

divinitus conſtituti, ſimulque Principibus, qui regnum obtinent, quique clavem Dei ſunt conſequuti, ſuntque defenſores Eccleſiaſticae Diſciplinae.

Sunt haec abs te jactata fidenter; ſed cognoſce, quam ſint inania. Principio de Cardinalium appellatione, ornamentis, ſplendore non laboro. Sunt ea humanae inſtitutionis, idque facile patior. Verum horum, qua Cardinales ſunt, pars Diaconi debent eſſe, pars Presbyteri, pars Epiſcopi, quibus, propterea quod addicti, *incardinatique* Eccleſiae Romanae ſint, Cardinalium haeſit nomen. Nega nunc, ſi potis es, Diaconos, Presbyteros, Epiſcopos divinae inſtitutionis eſſe, pertinereque ad Hierarchiam. Feriere, mihi crede, ſi negaris, diro Anathemate decreto Synodi Oecumenicae Tridentinae (1). Cum autem Diaconi, Presbyteri, Epiſcopi ſint, quaero ex te, quibusnam Epiſcopis ſubdi debeant? Iisne, qui ad Clerum Romanum non ſpectent? Quibus autem id Majorum teſtimoniis, decretiſque oſtendes? Tu, qui ad Diſciplinam Eccleſiae, Canoneſque veteres provocas, affer, ſi modo potes, locum aliquem Patrum, aut Synodorum priorum ſeculorum ad Cornelium uſque, qui Romanos Pontifices, praeterquam a Clero Romano, Epiſcopiſque Suburbicariis, teſte populo, fuiſſe electos, conſecratoſque

(1) Seſs. XXIII. Can. VI.

ferat. Fabiani electionem memorat Eusebius *lib.* VI. Historiae cap. XXIX. Ad eam fratres convenisse, qui Romae aderant, scribit; Episcopos autem variarum gentium ad eam accitos, non item scribit. Presbyteris vero Romanis, Diaconibusque quantum tribueret auctoritatis Cyprianus ex ejus litteris plane liquet. De electione inde Cornelii, ritene an secus peracta esset, ad quosnam dirigi litteras Cyprianus idem, aliique Episcopi fecerunt, praeter quam ad Romanos Diaconos, atque Presbyteros (1)? Quin etiam quemadmodum fuerit electus Cornelius, cum Cyprianus Antonianum certiorem facit, tum scripsit hoc modo: *Factus est autem Cornelius Episcopus de Dei, et Christi ejus judicio, de Clericorum pene omnium testimonio, de plebis, quae tunc adfuit suffragio, et de Sacerdotum antiquorum, et bonorum virorum collegio* (2). Ordinatum porro Cornelium Episcopum addit, non jam ab Episcopis longius evocatis, *sed a pluribus*, qui tunc versabantur Romae. Quid? Si Canones, ut ab Julio I. P.M. adversus Eusebianos animadversum est (3), postulent: „ non praeter jus, fasque ordinari quemquam,

(1) Vide Epiſt. XLVIII. S. Cypriani, quae eſt inter Cornelianas IV. n. I. pag. 131. Edition. Pariſ. Epiſtolar. Roman. Pontif. an. 1721. et Epiſt. LV. ad Antonianum, quae eſt X. inter Cornelianas n. 5. p 161. *Tom. ejusd.*

(2) Ibid.

(3) Epist. I. num. XIV. pag. 375. Tom. I. Epistolar. Rom. Pontificum Edit. Paris. an. 1721

„ sed in ipsa Ecclesia, ex ipso Sacerdotali ordine, „ ex ipso Clero ab Episcopis Provinciae illius con„ stitui Episcopum oportere, et nequaquam Apo„ stolorum Canones violari „. Horum similia sunt, quae S. Innocentius I. quae S. Caelestinus, quae S. Leo, quae ceteri, canonum disciplina firmata, praescribunt, repugnante Majorum nemine. Quid? Cleri, Episcoporumque partes annon Episcopi, Presbyteri, Diaconesque sustinent, qui sunt Romanae Ecclesiae *incardinati*? Quos igitur Episcopos nobis narras, qui adesse electioni Pontificis debeant, nec vero adsint? Aut quam disciplinam invehere conare, quae non sit ab illa priorum temporum, atque ab hac, quae jamdiu obtinet, discrepans? Nam de Regibus quod misces, refutatum paulo ante est, ut nova jam oratione non egeat. Hoc addam breve: clavem quidem Dei eos tenere in regenda civili Republica, (1) in Ec-

(1) Equidem dum Evangelia, Acta, Epistolasque Apostolorum considero; nihil minus potestatis datum ordinatione Dei Principibus ethnicis video, quam iis, qui se addicturi sacris Christianorum essent. Quid? An quidquam in sacra Christiana, inque Religionem potestatis divinitus ethnicis Principibus attributum fuisse Anonymus statuet? Nempe hoc esset reliqui, ut qui inimicos se religionis ejusdem profitebantur, iidem de religione ipsa decernerent, et judicarent. Atque eversa profecto, fundituique deleta ea ſuisset, si blasphemia, quae ferret: egisse eos clave Dei: apud nostros valere potuisset. Claves Dei, quod attinet ad religionem, gubernationemque Ecclesiae, Petro Christus dedit, non Tiberio. Matth xvi. 19. Praesides Sacrorum audiendos, ut Christum, ipsemet Christus jussit, non Claudium. Lucae x. v. 16. *qui vos audit* (inquit discipulos alloquens) me *audit*, *qui vos spernit*, *me spernit*. Apostolus inde

clesiastica vero non item; nisi velis oracula Evangelii, Patrumque doctrinam convellere. At defensores disciplinae sunt Reges (1). Sunt profecto tamdiu, quamdiu illi hoc sibi ab Ecclesia credito munere non abutantur; nec ea pervertere studeant arbitratu suo, quae sancita Canonibus (2); neve Episcopos in sua di-

H 3

in Epist. ad *Hebraeos cap.* XIII. v. 17. Neronine obediendum in re doctrinae, disciplinaeque Ecclesiae, an praesidibus Sacrorum, dixit? *Is* certe *obedite*, inquit, *Praepositis vestris*, et *subiacete eis; ipsi enim pervigilant* etc. Hinc Apostoli magistratibus jubentibus, ut ne praedicarent Christi nomen, responderunt: *obedire Deo magis, quam hominibus oportere*. Hoc idem sensere Ignatius, Polycarpus, Justinus, Irenaeus, Cyprianus, ceteri, quorum Acta apud Ruinartium, Bollandianosque legi possunt: hoc majores reliqui nostri Tertullianus, Origenes, uno verbo omnes, qui primo secundo, tertio seculis claruerunt. Jam qui post viguerunt Patres, quid de Imperatorum Christianorum potestate censuerunt? Osius Cordubensis Antistes Epist. ad Constantium Augustum, Apud S. Athanas. Histor. Arianor. ad Monachos n. 44. p. 293. Edit. Patav. an. 1777. Tom. I. Ne „ te, *inquit*, rebus misceas Ecclesiasticis, neu nobis his de rebus „ praecepta mandes; sed a nobis potius haec addiscas. Tibi Deus imperium tradidit, nobis Ecclesiastica „ concredidit, ac quemadmodum qui „ tibi imperium subripit, Deo ordinanti repugnat, ita metue, ne „ si Ecclesiastica ad te pertrahas, „ magni criminis reus fias etc. „ Paria sensere Sancti Dionysius Mediolanensis, Eusebius Vercellensis, Paulinus Trevirensis, ut est apud eumdem Athanasium (ibid. num. 34. pag 287.) S. Liberius P. M. (ibid. n. 39. p. 295.) S. Martinus, S. Ambrosius, S. Augustinus, ceteri denique, quos brevitatis ergo praetermitto, adducturus eorum testimonia, si ratio poposcerit, et tu postularis.

(1) Vide la *Remonstrance du Clerge* dictam Regi ab Antistite doctissimo Arnaldo Pontacio ann. 1579. *Tom.* XII. Actor. *Cleri Gallic.* p. 7. Edit. Paris. an. 1740.

(2) Confer les *Remonstrances* Cleri Gallicani an. 1585. Tom. eod. p. 127. an. 1615. p. 349. 1651. p. 578. sqq. et Bossuetium lib. VI. *Histor. Variation.* n. XLVII. sqq. Tom. II. oper. Edit. Argent. an. 1738. pag. 313. sqq.

tione degentes (id quod tute cuperes) imitatione Justinae, Zenonis, Anastasii, Justiniani Imperatorum, Regisque Britanniae Henrici VIII. cogant, ut rebus novis dent operam.

De Cancellaria Romana quid nugetur Anonymus; quidque contra Apoſtolica doctrina flagitet.

V. De Cancellaria Romana, quod mox adjungis, non est cur multis oppugnandum putem. Hoc uno ipsam paucis tuebor nomine, quod deceat eam Capiti Ecclesiae, Pastorique universarum Ecclesiarum opi esse, cum nos Apostolus Paulus doceat, eum qui plus laborat in verbo, et doctrina, majore gaudere emolumento oportere; ac de altare vivere fas esse eum, qui altari inserviat; iisque, qui spiritualia curent, temporalia metere, seu participes temporalium esse licere. Mitto quod de novis Episcoporum Curiis, vel Cancellariis instituendis persequere; nam eo desinet denique, ut abolita Romana, in speciem quidem Episcopi novas instituant, re autem vera nulla sit, nisi laicorum.

Quam falso Anonymus, quamque injuria, perſuaſum ſuis civibus esse dicat, primatum Romano Episcopo datum esse humana institutione.

VI. Sed progrederis, tu quidem longius, tuisque civibus per calumniam gratulare, quasi Primatum humano jure delatum esse Episcopo Romano, plena quadam ratione ducti, censeant; cum tamen contra liqueat, Germanos Catholicos repugnare vehementer tibi, tuerique Patrum, Synodorumque decretis consenta-

et opus Inscriptum *Il Diritto libero della Chiesa* lib. II. cap. I. Tom. II. Parte I. pag. 174. sq. pag. 179. sqq. pag. 182. sqq. pag. 184. sqq. p. 186. 187. pag. 190. 193. 197. sq. pag. 203. sqq.

neam, planeque concordem sententiam. Sed heus tu, quaenam ista est *plena ratio?* Duone illi, tresve scriptores, iique recentes, quos diu inquirendo, vix expiscari Febronius potuit; quosque, etsi veritos ne errarent, nihilo secius eos (ac si ita certi fuerint, ut ne dubitarint quidem) laudas, et consectare, in re doctrinae usus probabilismo, quo nullus fingi potest putidior, alieniorque a Majorum, quae jam usque ab initiis Ecclesiae invaluit, regula, quae sane regula postulat, non quod unus, aut semper, quod ubique, quod ab omnibus creditum, praedicatumque est, id sequi orthodoxum quemque oportere?

Anonymus in Regem Gallorum agit calumnia. Id vero vi illuſtrium monumentorum, oſtenditur, Tornelium etiam testem appellas; Sed falso.

VII. At Rex Gallorum, inquis, (ut ejus Legati, qui interfuere *Tractatui* Smalkaldico, testati ultro sunt) in ea versatur opinione, ut ab Episcopo Romano dignitatem Papalem sustineri putet, institutione *facta simpliciter ab hominibus, non a Deo*. A Febronio haec item licentia est. Ab eo autem, atque abs te etiam sciscitor, quem citetis narrationis vestrae testem? Seckendorfium Lutheranum in *Historia* sectae suae. Et huic nos sectario de suis, deque aliis tam multa impudentissime mentienti auscultemus; non Sorbonae, non Episcopis Galliarum, non Regi? Sed Regem, Episcopos Galliarum, Sorbonam quis nesciat sic assentiri Synodo Constantiensi reiicienti Wiclefi, Hussique dogmata, ut ne latum quidem unguem

ab ea recedendum esse arbitrentur? Atqui ea Synodus Wiclefi articulum XLI. (1) damnavit, qui sic habet: „ Non est de necessitate salutis credere, Ro„ manam Ecclesiam esse supremam inter alias Eccle„ sias „: Neque damnavit solum, sed etiam hanc ei inussit censurae notam. *Error est, si per Romanam Ecclesiam intelligat universalem Ecclesiam; aut concilium generale; aut pro quanto negaret, primatum Summi Pontificis super alias Ecclesias particulares.* Jam si de necessitate salutis est credere, summum Pontificem Romanum (nam de Romano, Romanaque Ecclesia Wiclefus agit) primatum super Ecclesias tenere, quo tandem is primatus delatus dici Romano potest humano jure? An quod credendum *necessitate salutis* est, id tute statues, non divino jure, sed humano consistere? Atque ut intelligas de Romano loquutam fuisse Synodum, Constitutionem legas velim, quam *sancto* eodem *approbante concilio* (2) edidit Martinus V.P.M. quaque statuitur, ut qui in suspicionem haereseos venit, interrogetur: „ utrum credat, quod Papa ca„ nonice electus, qui pro tempore fuerit, ejus no„ mine proprio expresso, sit SUCCESSOR Beati „ Petri, habens supremam potestatem ligandi, et

(1) Sess. VIII. Tom. VIII. Concilior. pag. 301. Edit. Parif. an. 1714.
(2) Ibid. pag. 907.

„ solvendi super terram (1) „ . Quotus enim quisque non cernat , *credendum* proponi eo nomine Primatum in Ecclesia obtineri a Romano, quod sit successor B. Petri? *credendum* , inquam , cum de necesitate salutis sit credere, Romanam Ecclesiam esse supremam etc. quam credendi rationem divino sane jure , non humano niti , quis neget , nisi credendi *objectum*, humani quidquam esse , non divini putet , qua re nihil fingi potest ab orthodoxo dogmate alienius ? Quid si Constitutio Leonis Decimi edita anno 1520. adversus errores Lutheri , recepta ubique gentium fuit, qua Constitutione (2) haeresiarchae illius propositio xx. damnatur, quae est hujusmodi : „ ROMANUS PON-
„ TIFEX Petri successor , non est Christi Vica-
„ rius super omnes totius mundi Ecclesias AB IPSO
„ CHRISTO IN BEATO PETRO CONSTITU-
„ TUS „ . Jam Synodus Senonensis an.1528. erroris arguit Artic.vi. *Primatus summi Pontificis non est a Christo* . Longum est Episcoporum , Sorbonaeque, quam Reges consuluere, testimonia, quae huc plane spectant (3), describere . Age vero adeo-

(1) Ibid. pag.915.

(2) Tom. ix. Concilior. ejuſd. Edit. p.1520. Vide etiam Cleri Gallicani cenſuram in opus Courayerianum an.1729.die 22.Auguſti editam, quam refert Lequenius Tom. II. de ordinat. Anglican. pag. 303. Edit. Paris. an.1730.

(3) Anno 1533. Sacra Facultas Pariſienſis rogata ab Rege ſententiam

ne minus eſſe conſtantem in fide Gallicanam Eccle-

de Articulis Smalkaldicis, ſic cenſuit
reſpondendum : „ In quibuſdam ar-
„ ticulis , o Rex, (Germani) par-
„ tem unam veritatis dicunt ; at
„ non uti nos totum dicunt. Fa-
„ tentur primum illi quidem Poli-
„ tiam Eccleſiaſticam eſſe ſanctam,
„ et utiiem, at non concedunt ne-
„ ceſſariam ipſam eſſe, atque inſtitu-
„ tam a Chriſto . Quaerendum au-
„ tem ex ipſis in primis eſt, fate-
„ rine velint, militantem Eccleſiam
„ jure divino fundatam, infallibilem
„ in re Fidei eſſe , boniſque mori-
„ bus, cujus ſub Chriſto Domino
„ noſtro eſt Caput Sanctus Petrus ,
„ atque ordine ſucceſſores ejus „.
Apud *Du Plessis d'Argentré Tom. I. Collect. Judicior. etc. Part. II. p. 306. Edit. Paris. an.* 1724. Non multo
post initium Seculi XVII. hoc est an.
1617. in hanc Marci Antonii de Domi-
nis propoſitionem : „ Dico, Romanam
„ Eccleſiam ex magnitudine civita-
„ tis, et ex eo, quod eam duo pri-
„ mi Apoſtoli fundaverunt , Petrus,
„ et Paulus; et ex aliis capitibus *ex-*
„ *tra jus divinum habuisse*, ut ſem-
„ per reputata sit Eccleſia principa-
„ lis, non tamen domina , et regina
„ ſuper univerſas Chriſti Eccleſias :
„ neque Auguſtinus , neque alius ex
„ antiquioribus Patribus ſummam
„ Eccleſiaſticarum rerum in Romana
„ Cathedra poſuerunt . Erat ergo, et
„ eſt Eccleſia praecipua nobilitate,
„ non regiminis , et juriſdictionis
„ principatu „ . In hanc , inquam ,
propoſitionem ſic eadem ſacra Pari-
ſienſis Facultas dixit ſententiam : „
„ Haec propoſitio eſt HAERETI-
„ CA , ET SCHISMATICA , qua-
„ tenus aperte inſinuat , ROMA-
„ NAM ECCLESIAM JURE DI-
„ VINO AUCTORITATEM IN
„ ALIAS , ECCLESIAS NON HA-
„ BERE „ . Jamne vides, quam tu
Gallorum Regi affingere audes opinio-
nem, eamdem ab Gallis fuiſſe damna-
tam, damnarique haereſeos nomine?
Confer ejuſdem S. Facultatis cenſuram
in Propoſitionem Spalatenſis Apoſtatae
ex lib IV. de Republ. cap. VI. excer-
ptam. Quin etiam conſuli abs te volo
Facultatis ejuſdem Acta , ea etiam,
quae an. 1717. edidit, ex quibus pla-
ne intelliges, non modo illam ipſam
Facultatem pacis tempore; ſed tum
quoque, cum eſſet de capitibus qui-
buſdam doctrinae contentio, profeſ-
ſam fuiſſe , ut profiteri contintenter
pergit „ : Romanum Pontificem S. Pe-
„ tro in Cathedra ſuccedere , quae
„ centrum eſt unitatis, cui Christus
„ in Eccleſia univerſa Ordinis , ac
„ Poteſtatis primatum addixerit „ .
Sed Facultatis Sacrae Pariſienſis ,
Clerique Gallicani hac de re doctri-
nam fuse proſequutus Mamachius eſt
Epiſt. ad Febronium II. § III. n. 5.
ſqq. pag. 167 sqq. quam quidem Epi-
ſtolam legas , opto .

siam dices, ut quod olim credendum esse divina fide affirmarit, id post omninò negarit esse credendum?

Age jam, dixerint, quod tibi lubet Legati Regis: eloquere, conjecturane quapiam confisi sua dixerunt, an mandatis acceptis ab Rege? Verum, quin tale quidquam de re tam gravi eis mandasse Regem arbitrer, deterrent me Responsa Sorbonae, quae fuerat ab Rege ipso rogata sententiam. Restat ergo, ut Legati, si quid ejusmodi dixere; dixerint conjectura nixi, opinioneque sua. Ecquem autem catholicum putas fore, qui Legatis laicorum Principum inesse quidquam auctoritatis de re doctrinae statuendi, dijudicandique credat? Postremo, ne te pluribus morer, detur hoc tibi, etsi inane, falsumqne esse non dubitem; at detur tamen liberaliter: haesisse eam opinionem Gallorum Regi; an Reges uspiam aut in Evangeliis, aut in Apostolorum Actis, Epistolisve, aut in traditione Majorum legisti judices esse cotroversiarum de Religionis doctrina posse? Immo vero ex hactenus indicatis monumentis plane perspicitur, esse id juris Pastorum Sacrorum, non Regum. Hoc cum tuis sit civibus exploratum, qua tu fronte audes iis laudi tribuere, quasi duci se ea, quam affingis Regi, opinione patiantur?

Neque minore agis injuria, cum laudas cives tuos, quasi acatholicum dogma probent de aristocratia ecclesiastica, quae si forte unum aliquem,

Capitis, sive Praesidis loco habeat, in hoc nihil agnoscat potestatis ex divino manantis jure, idque unum ipsi concedendum putet, ut exemplo tantummodo suo unitati consulat, ac si quid amplius sibi assumat, id non excedat *directorii fines*, ut error fert Justini Febronii, quem tu unum omnium maxime sequeris auctorem (1); injuria, inquam, agis. Nihil enim tale hactenus Germanis Catholicis in mentem venit, quibus est penitus persuasum, Praefectum (2) divinitus esse Ecclesiis universis Romanum Pontificem; atque hunc non solum gaudere honoris, ac *directorii* principatu, sed etiam potestatis, et

(1) Vide Mamachium Epist. I. ad Febron. pag. 13. Tom. I. et Epist. ad J. Rospiglios. Tom. III. pag. 62. sqq.

(2) Intelligi id quidem ex Germanis Scriptoribus catholicis magno numero certo poteſt. Sed hos tacitus praeterire, quam longus videri malo. Una utar „ Summa doctrinae Chriſtianae per quaeſtiones tradita, et „ in uſum Chriſtianae pueritiae edi„ ta juſſu Sacratiſſimae Romano„ Hungaricae-Bohemicae etc. Regiae „ Majeſtatis, Archiducis Auſtriae „ An. 1558. In hujus pag. 51. ſic habetur: „ Quid eſt Eccleſia? Eſt omnium „ Chriſti fidem, atque doctrinam profi„ tentium univerſitas, QUAM PRINCEPS ILLE PASTORUM (hoc eſt Chriſtus) TUM PETRO APOSTOLO, TUM HUJUS SUCCESSORIBUS PASCENDAM TRADIDIT, ET GUBERNANDAM. Eodem ſpectant, quae in Catechiſmo Petri Soti etc. continentur, qui ſane Catechiſmus ab Synodis Germanicis Salisburgenſibus, Moguntinis, Colonienſibus, Trevirenſibus etc. ad legendum, ſequendumq. Criſtianis plebibus proponitur. Fratres Wallemburgici Praeſules egregie Catholici, doctique *Parte* III. *de Vocatione Extraordinaria cap.* VIII. pagina 170. Tom. II. Contraverſiar. Edit. Colon. an. 1670. „ NULLUS AMBIGIT „ CATHOLICUS, *inquiunt*, RO„ MANUM PONTIFICEM ESSE „ PRAEPOSITUM TOTIUS EC„ CLESIAE, ET EPISCOPOS „ PARTICULARIUM ECCLESIA„ RUM PRAEPOSITOS „.

jurisdictionis; id quod cum Febroniano isto tuo novo quidem certe, peregrinoque dogmate componi nullo modo potest. Confugis ad Tournelium, quem Catholicum auctorem praesidio tibi esse vociferare. Verum hoc si ita, ut praedicas, esset; me profecto non commoveret. Neque enim extorqueri ab homine vere orthodoxo potest, ut uni assentiatur, neglectis ceteris omnibus, qui quod semper, quod ubique, quod perseverentur creditum est, id credant, ac tueantur. Atque esse hoc tibi perspectum, planeque cognitum certo scio; quamquam Caelestium majorum gentium haereticum imitari mavis, quam Patres, qui eum condamnaverunt. Nam cum ex eo quaesitum esset, quibus magistris, assensoribusque doctrinae suae gloriaretur? *Rufino*, dixit: Cumque rursus petitum ab eo esset, alios ut efferret. *Non tibi*, inquit, *sufficit unus Sacerdos* (1). At hoc missum faciam. Illud abs te etiam, animadverti volo: Tournelium commisisse numquam, ut quidquam defenderet, quod sacrae Facultatis Parisiensis (2), Clerique Gal-

(1) Confer S. Auguſt. lib. III. de Peccato Originali cap. III. pag. 170. Tom. x. Edit. Antuerp. an. 1700.

(2) Sane Pariſienſis Facultas an. 1683. Sententiam ab Senatu rogata, dixit: „ Nous determinons clairement, ce que nous avons deja reconnu souvent, ſavoir, que L'EVE„ QUE DE ROME EST DE DROIT „ DIVIN, Le Pape ſuprême dans „ L'Egliſe, au quel TOUS LES „ CHRETIENS DOIVENT OBEIR „ et qui a reçu immédiatement de „ Jeſus-Chriſt la PRIMAUTE non „ ſeulement d'honneur; mais DE „ POUVOIR, ET DE JURISDI-

licani (1) doctrinae minus esse consonum videretur. Ecquid autem est, quod tam cum Sorbonae, cumque Cleri Gallicani doctrina adeo pugnet, quam Febroniana ista tua, ne fando quidem hactenus audita, opinio?

Sed enim necesse prorsus esse confitere, ut ad regendam, gubernandamque rem omnem Christianam publicam unus aliquis Primas sit constitutus. Jam hoc noveram. Etiam ne aliud? Etiam, inquis. Negari namque abs te vehementer, mones, ei qui Rector, Gubernatorque constitutus sit, tantum inesse auctoritatis, ut immiscere se singularium Episcoporum rebus possit. Nimirum illum tu nobis Rectorem predicas, qui ita regat omnes, nullum ut regat. *Atqui* est istud, mi homo, adeo alienum, ut anti-

„ CTION DANS TOUTE L'EGLISE „. Eadem *dans la Défenſe contre une mémoire de quelques Prélats an-* 1717. *pag.* 33. „ Nous regardons „ *inquit* „ comme un Article de „ foi, que le jugement de juriſdi-„ ction, et de puiſſance appartient „ à l'Egliſe, au Pape, et à chacun „ des Evêques.. Ce jugment appartient „ au Pape en tant, qu'il ſuccede „ à Saint Pierre dans la Chaire, qui „ eſt le centre de l'unité, à laquel-„ le Jesus-Christ a attaché une pri-„ mauté de rang, et DE PUISSAN-„ CE dans toute l'Egliſe. etc.

(1) Clerus Gallicanus in Comitiis Pariſienſibus an. 1681. „ L'Evêque „ de Rome, *inquit*, eſt le chef ſu-„ preme de l'Egliſe, le centre de „ l'unité. Il a ſur nous une PRI-„ MAUTE' DE POUVOIR, ET „ DE JURISDICTION, qui Lui a „ été donnée PAR JESUS CHRIST „ en la perſonne de S. Pierre: qui-„ conque s'écarte de cette vérité eſt „ un ſchiſmatique, et même UN HE-„ RETIQUE „. Satin' hoc perſpicue? Aude nunc catholicam eſſe eam jactare, quam probas, atque ſectare, ſententiam; hortarique cives tuos, ut ei aſſentiri ne dubitent.

quitati universae repugnet, decretisque Conciliorum. Verum facile te pati animadvertis, ut is idem Rector privilegio gaudeat adhibendae cohortationis, qua Antistites ceteros, si quos forte desides in ſungendo munere deprehenderit, moneat, ut officii sui meminerint. Scilicet solo cohortationis, alioque praeterea nullo aut dignitatis, aut potestatis privilegio, ipsum potiri existimas, qua de re ab orthodoxis omnibus dissides, Gallis cumprimis, quorum patrocinio falso quidem (1), at fidenter tamen gloriare.

(1) Mémoires du Clergé de France Tom. 1. pag. 438. Edit Paris. an. 1675.. Aperta professione eam fidem pronunciant (Fideles), quam Sancta Romana Eccleſia columna, et firmamentum veritatis profitetur, et colit. Ad hanc enim propter ſuam principalitatem, neceſſe esse omnem convenire Eccleſiam. Rursum. Clerus Gallicanus ſumma voluntate ann. 1682. Bossuetium de Unitate Ecclesiae disserentem audivit: „ Qu' „ on ne dise point . . . que ce mi- „ niſtere de S. Pierre finisse avec „ lui: ce qui doit servir de sou- „ tien à une Eglise éternelle, ne „ peut jamais avoir de fin. Pierre „ vivra dans ses successeurs, Pierre „ parlera toujours dans sa chaire „. Tom. vII. oper. pagin. 468 sqq. Edit. Argent. an. 1752. „ Rome est „ predestinée à être le chef de la „ Religion, et de l'Eglise.. Ibid. „ p. 470. Ainsi fut établie, et fixée à „ Rome la chaire éternelle. C'est cet- „ te Eglise Romaine, qui enseignée „ par S. Pierre, et ses Successeurs, ne „ connoit point d'héresie . . . Pierre „ demeure dans ses Successeurs le fon- „ dement des Fideles. C'EST JE- „ SUS-CHRIST QUI L'A DIT etc. Ibid. p. 471 Episcopus Boloniensium sq. ann. 1713. in Epist. Pastorali, quam edidit Parisiis ann. 1717. pagin. 18. et si minus bene animatus erga Constitutionem Pontificis esset; tamen vi veritatis adductus, scripsit hoc modo. „ Nous reconnois- „ sons, que les prerogatives at- „ tachées à sa personne (Pontificis Romani), et à son siege „ sont très-grandes, et toutes divi- „ nes, parcequ' Elles sont de l'in- „ stitution même de I. C. Nous sa- „ vons, qu'il est assis dans la Chai- „ re de S. Pierre; qu'il en eſt le seul,

Sed quoniam id tibi, uti certum, atque testatum sumsisti, attende, quo serpat. Sint Praesides aliqui Sacrorum in re suarum Ecclesiarum gerenda socordes. Eos Pontifex, ut ne intermissionem ullam officii faciant, hortetur: rogo, forene arbitrere, ut illi morem cohortanti gerant? Gerent, inquies, Quid, si nolint? Tacebit te auctore, opinor, Pontifex, feretque patienter, ut, ignavia Pastorum, pars christiani gregis detrimentum capiat. Ecquid isto opinionis monstro fingi potest perniciosius? Prospexerant id quidem Patres. Itaque jus esse Pontificibus Romanis professi sunt, ita rebus singularium Episcoporum consulendi, ut si quos minus diligenter, minusve recte munere fungi cernerent, eos non monerent solum, *sed* etiam et redarguerent, et si opus esset, de gradu etiam deiicere valerent. Confer S.Cyprianum Epist.ad S.Stephanum Papam I. T.I. Epistolar. Romanor.Pontificum pag. 213. Edit. Paris. ann. 1727. Epistolam Siricii Papae ad Himerium Tarraconensem n.1. sqq. p.604. Tom. eod. Epist.xxii. Innocentii I. ad *Maximianum* Epi-

„ et légitime successeur entre tous „ les Evèques, et que par là il partecipe aux glorieuses prééminences, que le Fils de Dieu a donné „ au premier de ses Apôtres. Il est „ donc comme lui le premier Pasteur „ DE DROIT - DIVIN NON SEULEMENT di une primauté d'honneur, et de presseance, mais d'une „ Primaute de Jurisdiction, et de „ direction. LA FOI CONFESSE „ TOUT CELA, ET IL N'Y A, „ QUE L'ERESIE, QUI OSE LE „ LUI CONTESTER„. Intellextin'.

Episcopum ibid. pag.848. et Epist.xxxv. ad Johannem Hierosolymitanum Tom. eod. pag.908. sqq. Mitto de Epistolis Caelestini, Leonis, Gelasii, etc. dicere, quibus non modo assensere Patres, sed Imperatores etiam, ac Reges, qui id auctoritatis genus in Pontifice Romano successore B.Petri et agnorunt, et ultro professi sunt. Qua de re et egi alicubi, breviter; et si opus fuerit, pluribus deinceps disseram.

Petrum ait Anonymus parem poteſtatē habuiſſe, ac habuerint Apoſtoli reliqui &c. Quam id a Scripturariū, et a Patrum doctrina discrepet.

VIII. At enim Christus parem Apostolis omnibus potestatem dedit, Petrumque subjecit Ecclesiae. Hoc mihi non inanibus verbis, sed Scripturarum, Patrumque illustribus locis demonstrari velim. Jam vero Scripturarum, Patrumque auctoritas id prorsus exigit, ut Petro fuisse, fateamur, divinitus pascendi gregis, hoc est Ecclesiae universae gubernandae potestatem datam; in eoque ipsam aedificatam fuisse Ecclesiam. Quid? Eumne subiges Ecclesiae, cui cum sit inaedificata Ecclesia, ejusdem Ecclesiae molem sustineat (1)? Nisi forte tu pugnes, non a fundamento aedificium pendere, sed ab aedificio fundamentum, quo quid fingi potest obtusius? Age vero cuinam Apostolorum, praeterquam uni Petro (2) concessum

(1) Confer Ennodium Ticinensem Episcopum extremi v. et ineuntis vi. Saeculi scriptorem lib. pro Synodo pag. 988. Tom. 1. operum Sirmondi Edit. Venetae an. 1728.

(2) Non enim cuiquam alteri, praeterquam uni Fetro dictum legimus fuiſſe a Chriſto: *Tu es Petrus, et ſuper hanc petram aedificabo Ecclesiam meam*: Math. cap.xvi. v.18. ſq. cum autem is ſit omnis ad Petrum directus ſermo; profecto, ſi

est, ut Christi gregem universum, seu oves, agnos-

cohaerentia loqui velimus, Petrus ipſa eſt, cujus Chriſtus idem meminit, *petra*. Quemadmodum enim de alio quopiam intelligi ea poterit, cum ea, quae Chriſtus complexus ibidem eſt, promiſſa fuiſſe Petro loco praemii, quiſque perspiciat? Atque Petrum fuisse laudatum a Christo, ut ea omnis ad ipsum pertineret oratio, pernosci etiam ex Irenaeo potest lib.III. contra Haereses Cp. XVIII. num.4. pag.210. Tom.I. Edit. Venetae an 1734. Tertulliano lib. de Praescriptionib. Haereticor. cap.XXII. ubi Petrum *aedificandae Ecclesiae petram* dictum memorat. pag. 207. Edit. Ven. an 1744. et lib. de Monogamia cap. VIII. pag. 529. super illum aedificatam Ecclesiam scribit; quod idem docet lib. de Pudicitia cap.XXI. pag.574. quo loco Catholicorum doctrinam de potestate ligandi, atque solvendi refert, atque impugnat, cum jam ad Montanistas defecisset. Qui quidem catholici τὸ *ſuper hanc petram* de Petro aumendum ajebant, ut sensus esset: super te (Petre) aedificabo Ecclesiam meam; et propterea quod Petro dictum esset: quaecumque solveris etc. potestatem ligandi, solvendique ad omnem Ecclesiam manasse *Petri propinquam*, hoc est, quae Petro, seu Petri cathedrae juncta esset: Origene in serie Commentarior. in Matth. pag.534. Tom.III. opp. edit. Ven. an. 1743. ubi, *Petrus a Domino petra est appellatus*, inquit. Quod si aliis Apostolis idipsum aptat, suo ille arbitratu, non Evangelii loco adductus, aptat. Ceterum Tom. XIII. in Matth. num.31. pag. 344. *peculiare aliquid Petro* fuisse datum fatetur, *magnumque* inter Petrum, reliquosque Apostolos discrimen excellentiae agnoscit. S. Cyprian. Epist. XLIII. al.XL. pag.83. *Deus unus est*, inquit, *et Christus unus, et una Ecclesia, et Cathedra una supra Petrum Domini voce fundata etc.* Hinc Primatum agnoscit in Petro: Epistol.LXXI. pag.195. et Epist.LXXIII. pag.221. et propterea Romanam *Ecclesiam principalem* vocat. Epistol.LIX. al.LV. p.155. sqq. indeque unitatem sacerdotalem ductam testatur. *Principalem* autem Ecclesiam dicit, quod in ea locum Petri Romanus Pontifex teneat. Epist. LV. al.LII. p.104. Ab Eusebio Caesariensi lib.III. Demonstrat. Evang. cap.VII. p.121. Edit. Colon. an.1687. Petrus Maximus appellatur Apostolorum, & lib.II. Hist. Eccl. cap.XIV. pag. 58. Edit. Taurin. an.1746. Confer etiam S. Hilarii Pictaviensis lib. VI. de Trinit. n. 36 sqq. pag. 127. Tom.II. Edit. Ven. an. 1750. et Comment. in Ps.CXLI. n.8. p.466. Tom.I. ubi Petrum *firmam superaedificandae in eo Ecclesiae petram* dicit., et in Ps. CXXXI. n.4. p. 386. *Ecclesiae fundamentum, et caelestis Regni Ianitorem*. Atque causa quidem auctoritatis Petri, Sedes Apostolica *caput* est agnita, atque appellata ab Sy-

que pasceret (1)? Nulli certe. Non ergo par

I 2

nodo Sardicensi Epist. ad Julium I. cui subscripsere Episcopi gentium plurimarum, Itali scilicet, Hispani, Pannonii, Daci, Macedones, Galatae, Thraces, Graeci, Palaestini, Aegyptii, ut idem refert Hilarius Fragm. II. Historico n. IX. Tom. II. p. 493. Id vero plane respondet can. VI. Nicaenae prioris Synodi, ut fuit ab Legatis Romani Pontificis propositus Actione XVI. Synod. Chalcedon. T. II. Concilior. Edit. Paris. an. 1714. pagina 638. ἡ ἐκκλησία ῥώμης πάντοτε ἔσχε τὰ πρωτεῖα. *Ecclesia Romae semper habuit primas, seu primatum*. S. Basil. in Prooemio de Judicio Dei num. VII. Tom. II. oper. Edit. Paris. an. 1722. pag. 221. Petrum *omnibus discipulis praelatum* docet. Et adversus Eunomium lib. II. n. 4. pag. 240. Tom. I. „ Petrus, *inquit*, Ecclesiae aedificationem in „ seipsum recepit „. Neque vero tanti decreta Sedis Apostolicae habuissent orientales, quanti habita fuisse Basilius narrat Epist. CCLXIII. al. LXXIV. n. 3. pag. 400. Tom. III. Confer Socratem lib. I. Histor. cap. XVII. pag 83. Edit. Taurin. et Sozomen. lib. III. cap. VIII. p. 95. A Cyrillo Hierosolymit. Catech. II. n. XIV. p. 30. Edit. Paris. 1720. Petrus vocatur ὁ κορυφαιότατος, καὶ πρωτοστάτης τῶν Ἀποστόλων. *summus, et Princeps Apostolorum*, ut etiam catech. XI. n. III. p. 150. Cur autem nisi ob claves acceptas? Catech. VI. n. XV. p. 96.? Docetur item super ipsum esse aedificatam Ecclesiam. Catech. num. XXV. p. 237.? Mitto Optatum Milevitanum, cujus sunt a nobis supra descripta egregia testimonia, ut etiam Hieronymum (in Epist. ad Damas. T. I. Epist. Rom. Pont. p 546. et p. 551.) & Damasum Epist. XIV. Ib. p. 571. Chrysostomum, Augustinum, qui in Psalm. adversus Donatist. successionem Romanorum Pontificum *ipsam esse petram*, affirmat, *quam non vincunt superbae inferorum portae*. Tom. IX. opp. p. 5. Edit. Antuerp. an. 1700. et (Petr certe causa) *semper Apostolicae Cathedrae* principatum in Romana Ecclesia viguisse Epist. XLIII. n. 7. T. II. Mitto etiam Leonis, Maximi Taurinensis, Prosperi, aliorum prope innumerabilium testimonia, ne longus sim. Uno utar Synodi Chalcedon. quae in Epist. Synodica ad S. Leonem Magnum, Pontifici Romano commissam a Christo esse (in Petro sane) ait τὴν φυλακὴν τῆς ἀμπέλου *custodiam vineae*, adeoque Leonem ipsum Concilio eidem uti *caput membris* praefuisse. T. II. opp. S Leon. pagina 185. Edit. Rom. an. 1755.

(1) Evang Johan. cap. ult. v. 15. sqq. et S. Eucher. Lugdun. Serm. in

Apostolis omnibus a Christo attributa potestas fuit. Ex te praeterea sciscitor, num gregi Pastorem, an Pastori censeas subigi oportere gregem? Ac monstri quidem est simile, ut cui pascendi, seu gubernandi gregis facta fuerit potestas, eidem grex praesit (1), ac imperet.

Sollicitudinem solum Ecclesiarum, ac studium servandae unionis impositum fuisse etro Anonymus statuit: sed labitur.

IX. Sed Petro, inquis, imposita solum fuit sollicitudo, studiumque servandae unionis.

Tanta est licentia garriendi! Nihil ne aliud secum infert potestas pascendi gregis, quam unam servandae unitatis curam? Isto tu modo Davidem exturbabis imperandi gradu, propterea quod delectum divinitus fuisse legas, ut Israëlis populum pasceret (2). Percurrito sacra Biblia, legito monumenta Patrum, intelliges profecto, illi, cui potestas pascendi gregis attributa est; jus item esse regendi, gubernandi, jubendi datum. Jam quod de Christo adjungis, qui Petrum alloqui saepe consuerit ut exhibentem, gerentemque personam Ecclesiae, quale tandem est? Reges ne potestate diminues imperandi, quod prae se Reipublicae personam ferant? Cognosce, quaeso te, istud quidquid est tuum, nugatorium esse,

Vigil. S.Petri, et S.Ambros. in Lucam lib.x. n.176. p.1105. ubi non solum agnos fuisse commissos Petro, qui ceteris antelatus esset, sed etiam oves, scribunt, ut perfectiores perfectior gubernaret. Sed omnes numerare operosum est, et minime, ut arbitror, necessarium.

(1) Ezechiel. xxxiv. v. 2. Nonne greges a Pastoribus pascuntur?

(2) 1I. Reg. cap. v. verſ. 2. Ps. LXXVII. ver. 76. sq.

unaque dignum commentatione fallacissima sophistarum.

Atqui huc Patres, inquis, redigunt Primatum Papae. Quos tu mihi Patres narras? Pacianum Antistitem Barcinonensium. Quid? Is dum docet, fuisse Petro dictum, quod dictum item Apostolis ceteris est, ut ab uno omnium conjunctio duceretur, nihil plus, docet, fuisse attributum Petro? Cum autem quidquam tale non doceat (1), qua tu confidentia Pacianum appellas testem novae, inanisque doctrinae tuae? Confugis ad Leonem, sed qua demum fide? Is, inquis, capitibus Ecclesiae omnibus eamdem fuisse tributam divinitus potestatem, scribit; additque, non alio nomine fuisse primum commendatam Petro, nisi ut is ceteris exemplo esset. Video, nihil abs te huc adferri non ex Febronio. Sed Leonis (quo Febronius idem (2), haud secus ac tute, abutitur) sic habet locus (3): „ Tam copiosis (Petrus) est irrigationibus inundatus, ut „ cum MULTA SOLUS ACCEPERIT, nihil, in „ quemquam SINE ILLIUS PARTICIPATIONE

(1) Vide S. Paciani Epiſt. III. ad Sympronianum Tom, III. Biblioth. Patrum Edit. Pariſ. an. 1589. p. 431. Ceteris autem Patribus quis credet repugnaſſe Pacianum? Nam quod siluerit, indicio non eſt, reprobasse, illum, quae ceteri ſumma conſenſione scripserunt.

(2) Vide Mamachil Epist. ad Josephum Rospigliosium. Tom. III. Epistolar. ad Febron. pag. 71. sqq.

(3) S. Leo Serm. III. De Aſſumtione suà cap. II. pag. 8. sqq. Edit. Rom. an. 1755. Tom. I. opp.

,, TRANSIERIT. De toto mundo unus Petrus ,, eligitur, qui et universarum gentium vocatio- ,, ni, et omnibus Apostolis, CUNCTISQUE EC- ,, CLESIAE PATRIBUS PRAEPONATUR: et ,, quamvis in populo Dei multi sacerdotes sint, ,, multique pastores, OMNES TAMEN proprie ,, regat Petrus, quos principaliter regit et Chri- ,, stus. Magnum, et mirabile, dilectissimi huic vi- ,, ro consortium potentiae suae tribuit divina di- ,, gnatio, et si QUID CUM EO COMMUNE ,, CETERIS voluit esse Principibus, NUMQUAM ,, NISI PER IPSUM DEDIT QUIDQUID ALIIS ,, NON NEGAVIT... Primus est in Domini con- ,, fessione, qui primus erat in Apostolica digni- ,, tate, qui cum dixisset: *tu es Christus etc.* ,, respondit ei Jesus: *Beatus es etc. Et ego dico* ,, *tibi*, *quia tu es Petrus etc.* idest cum ego sim ,, inviolabilis Petra... tamen tu quoque Petra es, ,, quia mea virtute solidaris, ut quae mihi potestate ,, sunt propria, SINT TIBI MECUM PARTICI- ,, PATIONE COMMUNIA. *Tibi dabo claves Re-* ,, *gni Caelorum*, *et quaecumque solveris etc.* ,, ,, Transivit quidem etiam in alios Apostolos jus po- ,, testatis istius (ligandi nempe, atque solvendi) ,, ,, et ad omnes Ecclesiae principes decreti hujus ,, constitutio commeavit; sed non frustra uni com- ,, mendatur, quod omnibus intimetur. Petro enim

„ ideo hoc singulariter creditur , quia cunctis Ec„ clesiae rectoribus Petri forma praeponitur. Ma„ net ergo Petri privilegium , ubicumque ipsius fer„ tur aequitate judicium . Nec nimia est vel seve„ ritas , vel remissio, ubi nihil erit ligatum , ni„ hil solutum , NISI QUOD B. PETRUS AUT „ SOLVERIT, AUT LIGAVERIT. Gratias aga„ mus D. J. Christo , qui totam potentiam dedit „ ei , QUEM TOTIUS ECCLESIAE PRINCI„ PEM FECIT „. Haec Leonis doctrina de Petro est. Eloquere nunc jam , ecquid in ea sit, quod eamdem omnibus Ecclesiae Principibus , ac Petro potestatem a Christo tributam, efficiat. An *τὸ multa Petrum* SOLUM *accepisse* , nihilque in aliorum quemquam sine illius participatione manasse, idem erit tibi ac τὸ: nihilo plus accepisse Petrum , quam fuerint ceteri Apostoli consequuti ? Quid hoc excogitari potest pugnantius ? Rursum praeponine ita Petrum omnibus Apostolis, cunctisque Patribus, ut unus idem Petrus universos regat; non alio spectare arbitrare, quam ut indicet, Petrum esse Apostolis ceteris, Patribusque potestate parem ? Verum quo tandem modo is par sit ceteris , cui fuerit facta ceterorum *regendorum* , a Christo potestas ? Jam quum Leo non quidvis, sed *siquid cum Petro commune* fuisse Principibus ceteris Ecclesiarum affirmet, ac statim doceat, *num-*

quam illis quidquam, *nisi per Petrum*, fuisse datum; quo tu ore rapere in eam partem illius sententiam audes, ut vi ejusdem sententiae plena potestate, haud secus ac Petrus, potiti fuisse ceteri videantur? Et speras quemquam tuorum civium futurum, qui cum Leonis opera legerit; tum ferendam esse aequo animo judicet tantam istam tuam in locis Patrum pervertendis licentiam (1)? Age vero ecquid in loco illo Leonis de ligandi, solvendique potestate est, quod conturbet, quin sit Petrus auctoritate praestantior? Transivit *jus* quidem ejus, de qua agimus, potestatis in alios Apostolos, atque Pastores; at (Leone praedicatore, ac teste) creditum singulariter Petro fuit ita, ut nihil *liga-*

(1) S. Leo Serm. IV. cap. 13. „. „ Quis, *inquit*, Gloriae B Petri „ tam erit invidus aeſtimator, qui „ ULLAS ECCLESIAE PARTES „ NON IPSIUS SOLLICITUDI- „ NE REGI, NON IPSIUS OPE „ credat augeri „ et Serm. II. p. 6. „ Manet d ſpoſitio veritatis, et B. Pe- „ trus in accepta fortitudine petrae „ perſeverans ſuſcepta Eccleſiae *gu-* „ *bernacula* non reliquit. Sic enim „ PRAE CETERIS EST ORDI- „ NATUS, ut dum PETRA DI- „ CITUR, dum FUNDAMENTUM „ PRONUNCIATUR, dum RE- „ GNI CAELORUM JANITOR „ constituitur, . . . qualis ipſi „ cum Chriſto eſſet ſocietas, per ipſa „ appellationum ejus myſteria no- „ ſceremus „. Confer etiam Serm. „ LXXII. p. 212. LXXXII. p. 236. ſqq. „ et C. Pag. 287. ubi: „ Hic eſt, *in-* „ *quit*, qui ex ore veritatis audivit: „ *tu es Petrus etc.* Non ergo debet „ ab homine in sua praedicatione „ contemni, qui a Creatore, et Re- „ demptore hominum tantae digni- „ tatis privilegio meruit honorari. „ Terribile eſt, ejus conſilium ne- „ gligenter despiei, cujus et caelum, „ et terra ſubjecta ſunt poteſtati. „ Sic namque Eccleſiaſtici PRIMA- „ TUS CATHEDRA DIVINITUS „ SIBI EST TRADITA, ut per- „ petua ſit ſoliditate fundata. etc.

tum, *solutumque* esset, nisi quod ille aut *solveret*, aut *ligaret*. Hoc modo ille *formam* Petri, hoc est institutionem, ordinem, dignitatem *praeponi*: *praeponi*, inquam; non (ut tute scribis) *unum exemplum proponi* docet. *In Petro* autem (quemadmodum mox adjungit) *omnium fortitudo munitur*, *et divinae gratiae ita ordinatur auxilium*, *ut firmitas*, *quae per Christum Petro tribuitur*, *per Petrum Apostolis conferatur*. Abi modo, et si quidem potes, confugito ad S. Leonis praesidium. Sed qui demum poteris, cum ex hoc ipso (quid enim cetera memorem?) ex hoc, inquam, ipso, in quod temet es conatus proripere, dedecore summo tuo dejectus esse videare?

Scriptores Ecclesiasticos Anonymus carpis, quasi hi egerint, ut primatus Pontificis minus recte intelligatur. Sed neque Scriptores illos nominat, neque audet dicere, quae sit illa primatus male intellecta ratio.

X. Transfers, nescio quo impetu concitatus, te ad scriptores Ecclesiasticos, atque hos causam fuisse conquereris, cur minus recte intelligi primatus Pontificis Summi soleat. Quaero, quinam isti sint scriptores. Nullos indicas nominatim. Quaero rursum, quae tandem sit ista non bene, nec recte cognita, seu intellecta primatus ratio? Ne ipsam quidem, cujusmodi sit, exponis. Quae vero te malum! tanta ista mentis commotio, perturbatioque agitat, ut dum scribis, lectores tui, neque quos reprehendas, neque quibus de rebus agas, intelligant?

Conatur Anonymus suo ar-

XI. At Primatus, inquis, nil infert secum, nisi ut

bitratu, Pontificiae poteſtatis fines contra majorum doctrinam.

Pontifex expleat, quod alii, etsi ipsorum est muneris, negligunt; tum ut cura singulari consulat unitati Ecclesiae; postremo ut exemplo sit ceteris studio; cultuque disciplinae, institutionumque Ecclesiasticarum. Hoc scilicet pacto Principibus, atque Episcopis nihil detrahet aut juris, aut dignitatis. Sunt hi, tuo arbitratu, Pontificiae potestati constituti fines. Quotum autem quemque futurum censes, qui (contra doctrinam, atque instituta majorum (1), contra Synodorum (2) pronunciata, contra consensionem summam perpetuam, constantem omnium orthodoxarum Ecclesiarum (3), contra Evangelii oracula) istis

(1) Vide Loca Patrum, quae ſupra descripsimus pag. 4. sqq.

(2) De Synodis vide pag. 4. sqq.

(3) Romanam Eccleſiam, successionis Episcoporum a Petro ductae cauſa, caput eſſe chriſtiani orbis, ab eaque venerandae communionis jura dimanare, teſtantur Epiſcopi Italiae, qui in Synodum Aquilejenſem an. 380. convenerant. Epiſt. Synodica n. IV. Tom. I. Epiſt. Rom. Pont. p. 554. Edit. Paris an. 1721. Quantum autem Eccleſiae Hiſpaniar. tribuerint Romanis Pontificibus auctoritatis, intelligitur ex Epiſt. I. Syricii Papae ad Himerium Tarraconenſem n. I. p. 624. et ex Epiſt. Ascanii Tarraconen. Tom. II. Concilior p. 787. Edit. Paris. an. 1714. Quo ſpectant etiam teſtimonia Eccleſiar. Galliae, ut Arelatensis ad Symmachum Papam T. II. Concilior. pag. 956. Viennenſis, et ceterarum, veluti liquet ex Epiſt. Aviti ad Senatum Urbis Romae ibid. pag. 987. et Epist. LXXXVII. ad Hormisd. Papam, pag. 87. Tom. II. oper. Sirmondi Edit. Venetae an. 1728. exque aliis prope innumerabilibus monumentis, quae recenſere non vacat. Eodem recidunt teſtimonia Eccleſiarum Germanicarum. Vid. Epiſt. I. Bonifacii Archiep. Moguntini, et Apoſtoli Germanorum ad Zachariam Pontificem Tom. III. Concilior. p. 1877. Africanar. Confer Possessoris Afri ad Hormisdam Epiſt. Tom. II. Concilior. pag. 1057. et Epiſcopor. trium Provinciar. Africae ad Theodorum Papam Action. II. Synodi Lateran. sub S. Martino I.

angustiis Primatum constringi patiatur, quem summus Christi Vicarius in terris gerat? Ac Patrum quidem, Synodorum, Evangelii, ut ante animadverti[1], certissimis monumentis testatum, firmumque est, Pontificem Romanum, successorem Principis Apostolorum Petri, Ecclesiae totius Caput, Doctoremque omnium Christianorum esse, eique in Petro ipso plenam pascendi, regendi, gubernandi orbis universi Ecclesias fuisse a Christo traditam potestatem: unde existit et illud, ut jure exercendi judicii gaudeat; agendi, ut omnes in officio contineantur, Sacrorum Antistites praesertim, quos, (si renuant parere), plectere, atque coercere possit; reprimendi praeterea, revocandique ad unitatem eos, qui rebus novis studeant, labemve inferre velle videantur Christianae consociationi; eosque si pergant resistere, deturbandi de dignitate; tuendi, ac si opus fuerit, temperandi disciplinam; dandi denique operam, ne

Tom. xII. Concilior. p.734. ubi haec leguntur „ Magnum, et indeficientem omnibus Chriſtianis fluenta redundantem apud Apoſtolicam Sedem conſiſtere fontem, NULLUS AMBIGERE POSSIT etc. Provinciae Europae. Vide Codicem Encyclic. Epist. vII. ad Leonem Imperatorem Tom. II. Concilior. pag. 705. et Moesiae II. Ibid. Epiſt. xII. p. 710. Thraciae. Conſule Epiſt Johan. Conſtantinop. ad Hormiſdam ibid. p. 1027. Illyrici. Confer Epiſt. Stephan. Metropol. Lariſſ. ad Bonifac. Ibid. p. 1111. Palaestinae etc. Vide Epiſt. Stephani Dorenſis Ation. I. Concilii Lateran. ſub Martino I. pagina 714. Tom. III. Concilior. Orientis vide Epiſt. ejus gentis Epiſcopor. ad Agapetum I. T. II. Concilior. pag. 1217. Sed vix umquam facerem ſcribendi finem, si omnia omnium Eccleſiarum omnis aetatis documenta, quae huc pertinent, perſequi numerando vellem.

quid res Ecclesiae publica detrimenti capiat, sed firma consistat, majoremque in modum augeatur. Haec cum Christi Servatoris beneficio constituta sint; ne time fore, ut jus laedant aut laicorum Principum, aut Episcoporum. Quod si hæc humano arbitratu, non voluntate, nutuque Dei inlata esse pugnas; cum Patres, Synodos, Ecclesias orthodoxas omnes, Scripturas tibi adversari liqueat, eo denique redigare necesse est, ut tibi sit transfugiendum ad signa heterodoxorum,

Provocat Anonymus ad Sanctum Epiphanium; at frustra.

XII. Provocas ad Epiphanium. Rogo, quid is narret? Cuivis Episcopo, inquis, suam esse attributam Dioecesim, in cujus fines invadere, cujusque rebus sese immiscere nulli alteri Episcopo liceat (1). Mirum, ni tu jus metropoliticum funditus esse evertendum pugnes, quod ductum fuisse liquet jam usque ab Apostolorum temporibus (2), quodque Epiphanius idem obtinuit, ut qui Metropolites in Insula Cypro esset. Rogo rursum, ubinam istud Epiphanius scripserit? Hoc tu tacitus praeteris. At indicandus abs te locus erat, ut conferri commode cum libello tuo, expendique posset. Expecto, dum ipsum

(1) Quasi vero is quidquam dixerit, quod non ante alii animadverterint, quodque canonibus praescriptum non fuerit. Confer vetustissimum Canonem Apostolicum XXXIV. Tom. I. Concilior. pag. 18. Edit. Paris. an. 1714. et Concilii I. Constantinopolitani Canon. II. p. 809. ejuſd. Tom I.

(2) De juris Metropolitici vetustate vide praeter ceteros Beveregium Vindic. cod. canon. Eccl. Primitivae cap. V. p. 86. ſqq. Tom. II. Patrum Apostolic. Edit. Amstelodam. an. 1724.

ndices . Indicabis autem , si sapies , ne fide non bona egisse videare . Interea sic habeto: Epiphanium, fas non esse Episcopo sese rebus alterius Episcopi immiscere , ajentem , de Episcopis singularibus , non de Primatibus , neve de Metropolitis disserere (1) ; De Primate autem , et capite Ecclesiae universae , multo minus (2) . Verum perge , atque expone , quid ille adjungat . Addit, inquis, caritatem Episcopalem ejusmodi finibus minime contineri ; sed progredi latius , adeo ut , si necessitas postulet , muneri , quod ab aliis negligatur , quam fieri diligenter possit , Episcopus quisque satisfaciat . Sit quidem ita ; quid tum ? Quid ? Erit igitur , inquis , necessarium , imprimisque

(1) Non enim committendus Epiphanius cum Synodis Nicaena I. et Constantinopolitana I. est , quibus perpetuo docuit esse adjungendam auctoritatem , et fidem .

(2) Epiphanius ostenſurus, quanti Sedem Apostolicam penderet , Romam ad concilium una cum Paulino Antiocheno venit , ſcripsitque inde ad Romanum Pontificem de gravissimis rebus Epistolam , ut narrat S. Hieronymus Epist. LXI. pag. 124. Edit. Francford. an. 1684. Tom. II. opp. Atque erat Epiphanius earumdem, ac Hieronymus, sententiarum, praeſertim cum de ordinatione Pauliniani fratris sui ageretur, qua Jo. Hieroſolymitanus jus suum laesum ab Epiphanio jactabat, atque ob quam idem Epiphanius ad Pontificem ſcripſerat . Quam vero jure Petri ſuccessor in aliis Dioecesibus auctoritatem exercere suam poſſit , demonstrant Patrum Epiſtolae , Hieronymi cumprimis , qui proinde ad Innocentium I. confugit , rogavitque, ut in eos, qui Hierosolymis se, suosque vexarant , pro potestate , qua pollebat , animadverteret . Conſer Ep. XXXV. Innocentii ad Jo. Hierosolym. Tom. I. Epistolar. Rom. Pont. p 908. Edit. Paris. an. 1721. et Ep. XXXII. ad Hieronymum p. 907. Sic autem scribit ibid. Innocentius „ Excitati tanta „ malorum scena , arripere auctoritatem Sedis Apostolicae ad omne „ comprimendum nefas festinavimus „ etc. „

utile, ut unus aliquis prae ceteris onus subeat reparandi officii, quod fuerit ab aliis neglectum, retinendaeque Catholicorum, inter Catholicos societatis, et unionis. Recte sane. At cum id esse necessarium fateare, quid est quod dubites, (1) fuisse constitutum a Christo? An is aut ignoravit, quid necessitas posceret; aut prospiciendum necessitati Ecclesiae suae non putavit? Age vero quo tandem modo munus aliorum explere, retinereque unitatem is poterit, qui jurisdictionis careat potestate; desidesque proinde, ut rei dent operam impellere; recusantes obsequi punire; dejicere de gradu sontes, in eoque locare nequeat, quos esse aptos rei bene gerendae, consociationisque servandae norit?

Sed is obnoxius, inquis, erit communitati. In

(1) S. Martinus I. Epiſt. v. ad Johannem Philadelphiensem, qua constituit ipsum in Oriente Vicarium suum, eique potestatem ordinandorum Episcoporum, ac Presbyterorum, eorumque, qui lapsi essent, resipuissentque, collocandorum in priſtino dignitatis gradu, obeundique muneris cujusvis Ecclesiastici confert pag. 639. Tom. III. Concilior. Edit. Paris. an. 1714. „ Hoc tibi, inquit, „ omni modo facere praecipientibus „ nobis ex Apoſtolica auctoritate, „ QUAE DATA EST NOBIS A „ DOMINO PER PETRUM SAN„ CTISSIMUM, ET PRINCI„ PEM APOSTOLORUM; et pag. „ 646. „ Ecce vero in auxilium, „ ut magno studio, et sine ullo im„ pedimento caritas tua ministerium „ impleat, A NOSTRA APOSTO„ LICA AUCTORITATE TIBI „ COMMISSUM, hortati sumus „ Deo amabiles Episcopos, ipſum „ dico Theodorum Esbuntiorum, et „ Antonium Bacatorum adesse in „ omnibus etc. „ Jam vero ubique gentium haec doctrina de Apostolicae Sedis potestate ex Christi concessione manante invaluerat, ita ut ne sectarii quidem ausi fuerint, eam in controversiam revocare.

Digitized by Google

alium sermonem me vocas, de quo, cum definitum hactenus non sit, amica est nobis cum catholicis quibusdam nostris contentio. Quamquam plane intelligunt ii, quos circumvenire conare, cives tui; eum qui Pastor est Gregis universi constitutus a Christo, subjectum non esse eidem gregi. Non enim eos fugit, a Pastore Gregem, non autem ab Grege Pastorem duci, regique oportere. At missus, inquis, ab Apostolis Petrus fuit ad Samaritas. Memini. Verumtamen cujusmodi hoc sit, cum supra constiterit, nunc omittatur.

Propositiones duas figit Anonymus, quas firmas dictitat manere. Eas propositiones ostenditur esse inimicas veri.

XIII. Progredere tamen tu longius, ac verae, inquis, hae propositiones duae immotae manent. Harum autem, scribis, hanc esse primam: *Quidquid aliquis credit, concedi a Papa posse, id quoniam ab Ecclesiastica ordinatione, aut jurisdictione pendet, concedi perinde a quovis Episcopo eadem virtute, atque potestate potest*. Alteram huc recidere: *Fas non esse Papae jurisdictionem in aliena quapiam Dioecesi exercere, nisi forte accidat, ut ab Archiepiscopo, Episcopove ejusdem Dioeceseos unitatis tuitio, aliaque pastoralia munera negligantur*. Atqui has ipsas propositiones duas, cum nusquam ostenderis consistere ullo satis certo monumento posse; qua fronte jactare audes esse veras? Jam quod ad priorem attinet, dicito, qui tandem coarctare audeas Christi sententiam, efficereque, ut is, qui a Christo ipso Pastorum

Principe constitutus petrae loco est, quae totius Ecclesiastici aedificii molem contineat (1); cuique Christus idem singulari modo claves commisit Regni caelorum, ac tribuit potestatem pascendi gregis universi sui; is, inquam, concedere quidquam nequeat, quod non item a quovis, etiam minorum gentium Episcopo concedi (2) possit? Quis Patrum, aut

(1) S. Maximus Episcopus Taurinensis Homilia LIV. pag 169. Edit. Rom. an. 1784. de Petro agens: „ tamquam bonus Pastor, *inquit*, tuendum gregem accepit, ut qui sibi ante infirmus fuerat, foret omnibus FIRMAMENTUM; et qui ipse interrogationis tentatione nutaverat, CETEROS FIDEI STABILITATE FUNDARET. Denique pro soliditate devotionis ECCLESIARUM PETRA dicitur, sicuti ait Dominus: *tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam*. Petra enim dicitur, eo quod primus in nationibus fidei fundamenta posuerit, et tamquam saxum immobile totius OPERIS CHRISTIANI COMPAGEM, MOLEMQUE CONTINEAT. Et Homil. LXX. p. 225. Tanti meriti apud Deum suum Petrus erat, ut ei ... TOTIUS ECCLESIAE GUBERNACULA TRADERENTUR ... Tanta ei poteſtas attributa judicandi, ut in arbitrio ejus poneretur CAELESTE JUDICIUM „. Haec eadem Hilarius, Leo, Petrus Chrysologus, Patres denique ceteri praedicant, ut fixum, firmumque jam omnium consensione sit: singulari quodam modo Petrum prae ceteris consequutum fuisse ligandi, solvendique potestatem. Petri autem privilegium in successores manasse testata res est, ut monumenta, quae supra aut descripsimus, aut indicavimus, plane demonstrant.

(2) Si nihil plus concedi a Romano Pontifice, quam a quovis Episcopo posset, cur jam inde a primis seculis majores nostri, in iisque Episcopi, ad eum, quod ipsis opus esset, postulatum, confugissent? Profecto non Athanasius, non Johannes Chrysostomus, non Paulus Constantinopolitanus, non alii prope innumeri ad Romanum ipsum potius, quam ad quemvis alium Antistitem se contulissent. Praeterea exempla Sanctorum Caelestini, Leonis etc. qui de Constantinopolitanorum Antistitum in sua Ecclesia suo arbitratu agere volentium audaciam represso-

aut quae Synodus tale quidpiam docuit? Quid? Tamne esse imperitos rerum existimas cives tuos, ut (posthabitis Patribus, Synodisque) tibi esse uni auscultandum arbitrentur? Jam propositio altera, non minus est a vero discrepans, quam esse priorem vidimus. Quis enim sibi persuadeat, negandum esse Pastori Gregis universi fungi in Gregis ejusdem parte quapiam Pastoris munere?

runt, Patrum nemine repugnante, immo vero summa omnium voluntate. Omitto, quae ab Innocentio I. ab Siricio, etc. gesta in dioecesibus singularium Episcoporum sunt, nullo Patrum dissentiente. His paucis contentus nunc ero, ne nimium longus videar. S. Theodorus Studites Lib. I. Epistola xxxiv. Tom. v. operum Sirmondi p. 239. Editionis Venetae an. 1728. „. Quandoquidem, inquit, „ Petro Magno Christus Deus noster post claves Regni caelorum „ pastoralis etiam principatus contulit dignitatem, ad Petrum utique, vel ejus successorem esse referendum &c. „. Et Epist. xxxiv. „ p. 241. ad Leonem III. Pontificem confugit, eumque sic alloquitur: „ Christi tu claves ab ipsomet accepisti per intermedium Principem Apostolorum, et successores „ usque ad eum, qui sanctissimum tuum caput antecessit „. Et Epist. „ xxi. lib. II. p. 315. ad Paschalem „ Pont. scribens „. Tibi dixit Christus Deus noster: *tu aliquando conversus confirmabis fratres tuos.* Ecce tempus, ecce locus: OPITULARE NOBIS, QUI ES A DEO AD „ HOC ORDINATUS, *habens potestatem a Deo, eo quod Princeps omnium sis.* Βοήθησον ἡμῖν ὁ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμένος εἰς τοῦτο ... ἔχεις τὸ ἰσχύειν παρὰ Θεῷ ἐκ τοῦ πάντων πρωτεύειν. Idem Epi. xxxiv. ad Leonem III. carpit Iconomachos, eosdemque adulatores Principum, quod dicere essent ausi: ἕκαστον τῶν ἱεραρχῶν ἐξουσιάζειν ἐν τοῖς θείοις κανόσι: *unumquemque Hierarcham potestatem habere in divinos canones.* Sed quid plura persequor, cum non sit opus? Sunt enim orthodoxis plane perspecta, et cognita.

Fingit Anonymus Pontificum se defenſionem suscipere; quos reipsa tamen per summam iniuriam insectatur, ac lacerat.

XIV. At enim intelligo contorqueri te, contrahi, flecti eo denique, ut Pontificum defensionem suscipere videare, quorum hactenus es conatus dignitatem deprimere. Nihil horum nisi callide. Nam dum simulas, aegre te ferre vitia nescio quae Pontificum objici Apostolicae sedi; tum haereses commemoras, quibus, cum negare jure posses, concedis tamen implicatos eorumdem Pontificum aliquos fuisse; eoque raperis, ut sanctos etiam Petri successores insectere, perinde ac si circumventi, deceptique fuerint improbitate assentantium ministrorum. Quae cum plena sint calumniae, ac mendaciorum, tum depulsa a viris maximis Italis, Gallis, Hispanis, Germanis adeo solide, vereque sunt, nihil ut causae sit, quamobrem esse rursum refellenda putem.

Cognitores veros Papatus memorat Anonymus; at non eſt ipſe ex eorum numero. Confugit ad Bessarionis praesidium, a quo tamen facile dejicitur.

XV. Sed Papatus cognitores veri, inquis, neque fanatici sunt, neque irrisores. Cave, rogo te, ne qui sint, qui merito tuo, *verum* te esse Papatus cognitorem negent. Non enim desunt, qui enthusiasmo agitari te, atque tametsi non facetum, at irrisorem tamen esse confirment. Expedias autem velim, ecquid veri Papatus cognitores ferant? Nam quod scribis: eos Bessarionem Nicaenum Archiepiscopum, post Cardinalem, auctorem sequi, qui in Synodo Florentina dixerit, scire se, quae jura, quaeque decora sint Romanae Ecclesiae; sed non ignorare, quinam sint etiam ipsorum fines; nihil nobis nego-

tii exhibet. Etenim noritne tunc „cum haec diceret; necne norit fines illos Bessarion, non laboro. Sat habeo, si ille tandem aliquando norit, cum Synodus absoluta fuit; nisi forte mavis, schismaticorum partes tuentem Bessarionem audire, quam deinceps Catholicum. Quid autem is catholicus? Publice definitionem Synodi Florentinae legit in frequenti coetu, ac promulgavit graece, cum est item lecta latine, ac promulgata ab Juliano S. R. E. Cardinali Caesarinio. Nam est in Actis ejusdem Synodi (1) *ἀνεγνώσθη ὁ ὅρος ῥωμαϊκῶς, καὶ ἑλληνικῶς· καὶ λατινικῶς μὲν παρὰ τοῦ καρδιναλίου τῆς ἁγίας Σαβίνης Ἰουλιανοῦ, ἑλληνικῶς δὲ παρὰ τοῦ ἀρχιεπισκόπου νικαίας βησσαρίωνος·* „ Lecta est definitio latine, et graece. „ Et latine quidem a Cardinali Sanctae Sabinae Ju- „ liano; graece autem ab Archiepiscopo Nicaeae „ Bessarione „. Visne quicquam amplius? Subscripsit Bessarion definitioni eidem libens. *βησσαρίων ἐλέει θείῳ ἀρχιεπίσκοπος νικαίας, καὶ τὸν τόπον ἐπέχων τοῦ Σάρδεων, ἀρκετὸς ὑπέγραψα* (2). „ Bessarion mi- „ seratione divina Archiepiscopus Nicaeae, et locum „ tenens Sardensis, contentus subscripsi „. Ecquid autem contentus, seu lubens probavit, atque subscripsit? *ὁρίζομεν, τὴν ἁγίαν ἀποστολικὴν καθέδραν, καὶ τὸν ῥωμαϊκὸν ἀρχιερέα εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τὸ*

(1) Tom. IX. *Concilior.* p. 419. edit. Paris. an. 1714. (2) Ibid. p. 423.

πρωτεῖον κατέχειν, αὐτόν τε τόν ῥωμαϊκον ἀρχιερέα διάδοχον εἶναι τοῦ μακαρίου πέτρου τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων, καὶ ἀληθῆ τοποτηρητὴν τοῦ χριστοῦ, και πάσης τῆσ ἐκκλησίας κεφαλὴν, καὶ πάντων τῶν χριστιανῶν πατέρα τε καὶ διδάσκαλον ὑπάρχειν, καὶ αὐτῷ ἐν τῷ μακαρίῳ πέτρῳ τοῦ ποιμαίνειν καὶ διθύνειν, καὶ κυβερνᾶν τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ πλήρη ἐξουσίαν παραδιδόσθαι καθ᾽ ὃν τρόπον και ἐν τοῖς πραντικοῖς τῶν οἰκουμενικῶν Συνόδων, καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς κανόσι διαλαμβάνεται. „ Definimus, „ Sanctam Apostolicam Sedem, et Romanum Pontificem in universum orbem tenere primatum, „ et ipsum Pontìficem Romanum successorem esse „ B. Petri Principis Apostolorum, et verum Christi „ Vìcarium, totiusque Ecclesiae caput, et omnium „ Christianorum Patrem, et doctorem existère; et „ ipsi in B. Petro pascendi, regendi, ac gubernandi „ universalem Ecclesiam a Domino nostro Jesu „ Christo plenam potestatem traditam esse, quemad- „ modum etiam (seu *juxta quem modum et*) in ge- „ stis Oecumenicorum Conciliorum, et in *Sacris* „ *canonibus continetur* (1) „. Viden' quid Bessarion catholicam fidem amplexus definitum, atque adeo omnino credendum profiteatur de juribus, deque jurium finibus Pontificum Romanorum? Abi mo-

(1) Ibid. Idem Bessarion Tractatum postmodum edidit *de Primatu Papae*, cujus Leo Allatius meminit.

do, ac Bessarionis patrocinio, si potis, es gloriare.

Melchiorem Canum, et Cardinales, atque Theologos, qui Paulo III. auctores fuere, ut ne assentatoribus auscultaret, Anonymus appellat; sed frustra.

XVI. Consectentur porro Papatus cognitores Melchiorem Canum (1), per me licet; nihil enim imdio. Ceterum Cani, quo tu abuteris, locus ad rem non pertinet. Nam quod is Theologos esse aliquos queratur, qui non tam verum curent, quam studio partium ferantur; quique, mendacio, Petri auctoritatem tueri velint, nos certe ne leviter quidem commovet. Non enim ii sumus, qui falsi quidquam aut finxerimus ipsi, aut ab aliis fictum probemus. Certis nos cumprimis, firmisque monumentis freti de auctoritate Principis Apostolorum Petri, ejusque Successorum scribimus, quae quidem tu monumenta, ut vidimus, involvere, atque aliquot suis partibus diminuta pervertere conare. Neque vereor, ne nos Haeretici carpant, quasi plus tribuamus Pontificibus, quam Scriptura, Patresque tribuant. Immo vero adeo adversus sectarios septi, ac muniti sumus, ut quamplurima nobis sint in promptu, quibus ipsos in hisce rebus tractandis malae fidei possimus convincere. De Cardinalibus, qui Paulum III. Pontificem hortati fuere, ut ne Theologis fideret, qui assentarentur, quique dominum ipsum esse beneficio-

(1) Confer Melchiorem Canum lib. VI. Locor. Theologicor. cap. III. ubi Scripturarum, Patrumque auctoritate, quanta fuerit Petri, quanta que inde sit Romani Pontificis potestas demonstrat.

rum Ecclesiasticorum, eaque proinde vendi ab eo posse affirmarent, nolo conturbere. Nemo enim est, qui hoc praesertim tempore istius generis theologos patiatur, theologorumque dignetur nomine.

Qui sint, Anonymi judicio, veri Papatus cognitores? Hos osores eſſe Papatus, non veros cognitores, ostenditur.

XVII. At verorum cognitorum Papatus, qui perinde a fanatismo atque ab irrisione distent, ea est ratio, inquis, ut omni obsequio Pontificem ab se coli demonstrent, ceu illum, qui gaudeat praerogativa curandae singularem in modum, servandaeque unionis, convocandaeque, si unitas in periculum veniat, Synodi Oecumenicae, in qua Pontifex idem omnium primus sententiam dicat, cuique praesideat uti Episcopus primus ordine, et a qua nequeat abesse, nisi graves cumprimis causae postulent; et in qua denique aliorum Episcoporum sententiae, quae oppositae sint sententiae ipsius Pontificis vim suam obtinere debeant, neque egeant confirmatione (1). Veros Pon-

(1) Quemadmodum Synodis praesit Pontifex, qua potestate, et quomodo sententiam dicat, perspici ex Synodis oecumenicis plane potest, quarum est ab erroris suspicione intacta oratio. Synodus Chalcedonensis in Epistola Synodica ad Leonem Papam p 284. Tom. II. Oper. S. Leonis, quingentos, et viginti Episcopos Leonis ejusdem litteris ad Synodum invitatos scribit, ὧν, inquit, σὺ μὲν ὡς κεφαλὴ μελῶν ἡγεμόνευες: *quibus tu quidem ut caput membris principabaris*. Et pag. 185. *Dioscorus extendit insaniam suam contra tuam quoque Apostolicam sanctitatem*, CUI A SALVATORE CUSTODIA VINEAE παρὰ τοῦ σωτῆρος τῆς ἀμπέλου ἡ φυλακὴ *commissa est*. Pontifici ergo praesidenti commissa singulari ratione est custodia vineae, hoc est Ecclesiae universae: cujus *Ecclesiae dum* CORPUS τὸ σῶμα τῆς ἐκκλη-

tificatus cognitores non id modo , quod tute de

K 4

σίας ἑνοῦν σπουδάζεις unire studes &c. Ad extremum rogat Synodus, ut sicut ipsa Leoni ceu τῇ κεφαλῇ CAPITI adjecit consonantiam ; sic et Leonis ἡ κορυφὴ SUMMITAS ipsis, seu Episcopis, qui ad Synodum convenissent , uti πολιτὶν FILIIS, *quod decet adimpleat* Age vero quid Synodus Ephesina in sententia contra Nestorium scripserit de Pontificis Romani auctoritate , consideremus. Sic autem illa Act.I. p.1422. Tom. I. Concilior. habet : „ Coacti „ per sacros Canones, ET EPISTO- „ LAM SANCTISSIMI PATRIS „ NOSTRI, *et comministri Caelestini Romanae Ecclesiae Episcopi* „ *ad hanc* (*contra* Nestorium) *sententiam necessario venimus* „. Tantine auctoritas Caelestini fuisset habita , si par in ferenda sententia fuisset cujusque ceterorum Antistitum auctoritati? Actione autem 1I.Synodi ejusdem , repugnante nemine , immo summa Patrum voluntate , ut ex Theodori Ancyrani responso p.1474. liquet , auditus fuit Philippus Presbyter S. R. E. Legatus, dum Synodum ipsam alloquens, diceret „ Lit- „ teris sancti Beatique Papae nostri „ vobis recitatis , sancta membra „ sanctis vestris vocibus , sancto „ Capiti ... vos adjunxistis . Non „ enim ignorat vestra Beatitudo, „ totius fidei , vel etiam Apostolo- „ rum caput esse B. Petrum Apo- „ stolum „ Et pag. 1478. „ Nulli „ dubium , immo a seculis omni- „ bus notum est , quod sanctus, „ Beatissimusque Petrus Apostolo- „ rum Princeps, et caput, fideique co- „ lumna , et Ecclesiae Catholicae fun- „ damentum a Domino ... Claves re- „ gni accepit ... qui ad hoc usque tem „ pus in suis successoribus vivit,et ju- „ dicium exercet etc „ . Consuli etiam cuperem Ecclesiarum Gallicanarum testimonia Epistolis Ceretii et Ravennii, ceterorumque Episcoporum comprehensa , quae extant in serie Epistolar.S. Leonis Magni T.1I. oper. pag. 271. sqq. De confirmatione Synodorum longum est dicere . Confer Epistol. Marciani Imperatoris ad Leonem Papam, pernosceque, quid Synodus Chalcedonensis a Pontifice expetendum judicaret. Tom eod. pag. 349. sq. S. Gelasius I. Epist. vt I. ad Episcopos Dardaniae . Tom. 1I. Concilior. pag.907. Edit Paris. anni 1714. „ . Sedes Apostolica, *inquit*, „ unamquamque Synodum sua au- „ ctoritate confirmat , et continua- „ ta moderatione custodit pro suo „ scilicet principatu, quem B.Petrus „ Apostolus Domini voce perceptum, „ Ecclesia nihilominus subsequens „ et tenuit semper , et retinet „. Haec ille seculo v. nemine orthodoxorum dissentiente. Quae porro fue-

servanda unitate scribis; sed ea etiam omnia, quae supra descripsi, inesse Pontifici, et agnoscere, et constanter profiteri, cum demonstratum supra sit, nova oratione non eget. Quod addis de Concilio, in quo nonnisi, ut primus, sententiam dicat Pontifex, vide ne mancum sit. Sic enim Pastor est, Rector, atque Gugubernator totius gregis a Christo constitutus Petrus, ut perpetuo talis esset; non ut in Synodo (dum ea consisteret) Pastor, Rector, atque Gubernator esse desineret. Rursum is, cui munus est creditum confirmandorum in fide Fratrum, mulctandus in Synodo arbitratu hominum non est jure, quo auctus fuit a Christo. Jam vero si in Synodo Papam non ut Caput, ac Pastorem gregis universi, non ut Rectorem, non ut Confirmantem in fide ceteros auctoritate sua; sed ut parem ceteris, sententiam dicere, statuas, eoque abripiare, ut si qui Episcopi contra atque Pontifex idem sentiat, decernendum ducant, hos in sententia ita perstare velis, ut firma quidem ipsa sit, nec egeat Pontificia confirmatione; ecquid aliud statues, nisi ut Petrus dejiciatur (dum Synodus consistet) de

rit semper in Synodis Oecumenicis potestas Romani Pontificis, cum ex aliis Partibus, cum ex S Theodoro Studita, quisque perspiciet. Vide ejus Lib. 1. Epist. xxxiii. et xxxiv. p 240. sq. et Lib. ii. Epist. cxxix. p. 462. Quod opponit Anonymus adigi Pontificem oportere, ut (nisi gravissimae causae Impediant) Intersit ipse per se Synodo, inane est. Nam ut Interesse debeat, *nulla permittit consuetudo*, ut scribit S. Leo Ep. xxxii. ad Synod. Chalcedonens pag. 263., utque testata Synodus Arelatens. I. fuit an. 314. Epist. ad S. Silvestrum Tom. I. Concilior. pag. 26.

gradu, in quo fuit locatus a Christo? Quid? Si iſta jactans, ſic erres graviter, ut unitatem ipſam, cujus tuendae cauſa, Papatus, te etiam confitente, viget, unitatem, inquam, diſcindere cogare? Scilicet, te auctore, manere firma debuit ſententia Synodi Ariminenſis Epiſcoporum; neque vero hujus ſolum, ſed etiam Epheſinae latrocinalis; maleque ſeſe geſſerunt SS. Liberius, et Leo, qui eas reprobaverunt. Mitte, quaeſo te, iſtos quos conſectare; ac Patribus auſculta, quos certo ſcimus, veros fuiſſe Papatus cognitores. Hi ſcilicet te docebunt, qua ſit Petri Succeſſor praeditus poteſtate, qui honos ipſi deferri debeat, quam ſit eidem, ubiubi ſit, docenti, praecipientique parendum.

Patere nunc, abs te ut ſciſciter, quae tua ſit de Papatu, deque Epiſcopatu ſententia? Vereor enim, ne aut utrumque, aut alterutrum non divino, ſed eccleſiaſtico jure inductum fuiſſe arbitrere. Uterque enim abs te *canonica dignitas* appellatur. Ecquid autem vis tibi *canonicae dignitatis* nomine? Utramquene inſtitutam Eccleſiaſtica auctoritate? At pugnat id quidem cum orthodoxae fidei dogmate; cumque pugnet, ſupereſt, ut ſit condemnandum haereſeos.

Errat Anonymus, jactans, cautum fuiſſe a Chriſto, ne cui honor deferatur exterioris praelationis.

XVIII. Extremum eſt, ut doceam, quam magnis in erratis verſere, dum a Servatore generis humani Chriſto cautum fuiſſe affirmas, ne cui honos deferatur *exterioris praelationis*. Principio namque Chriſtus eo

ipso in loco Evangelii, quo abuteris, non tollit, sed diserte ponit *praelationem*. In Collegio enim Apostolorum esse unum aliquem monet, qui *primus* sit, qui *magnus*, qui *dux* sive *praecessor* (1). *Primus* vero, *magnus*, *praecessor*, *dux* denique qui sit revera voluntate Christi, etsi demisso per virtutem animo esse debeat; honore tamen sibi debito, quo tandem jure privabitur, cum Apostolus instinctu Dei permotus adhiberi honorem jubeat ei, cui debeatur (2)? Cognosci porro unde poterit, nisi exterius sese prodat, honos *praelationis*? Deinde cum fide constet, conspicuam esse Ecclesiam, in eaque hierarchiam, sive principatum sacrum item conspicuum vigere; profecto nisi exterior concedenda esset *praelatio*, ne conspicua quidem hierarchia concedenda esset, indeque dogma de hierarchia visibili concideret. Rursum cum Episcopos, quos Spiritus Sanctus constituit ad regendam Ecclesiam, Praepositosque, quibus sit parendum, quibusque alii subjiacere debeant, Apostolus memoret (3), ecquid postulat, nisi ut eorum etiam exterior sit praelatio? Nisi enim ordine, qui sub aspectum cadat, alii praesint, ac regant; alii subsint, et

(1) Luc. Cap. XXII. v. 26. „ Vos „ autem non sic; sed *qui* MAJOR „ est in *vobis*, *fiat sicut minor*, et „ *qui praecessor* ἡγούμενος DUX „ *est*, *sicut ministrator*.

(2) Epist. ad Romanos cap. XIII. v. 7.

(3) Actor. cap. XX. v. 28. et Epist. ad Hebr. cap. XIII. v. 17.

pareant (1); detur ne ulla hujus generis, quam Apostolus in sacris litteris exigit, an nulla detur **ἐπισκοπὴ** *praefectura*, atque **ὑποταγὴ** *subjectio*, intelligi profecto non poterit; inanisque erit omnis Sacris litteris comprehensa de obedientia Praepositis praestanda, deque colenda subjectione praescriptio. Quod autem Scripturarum auctoritate praescribitur, pervertere, atque inane reddere conari, cujusnam est, obsecro, nisi haeretici hominis, *circa quaestiones languentis, ex quibus* contentiones, atque blasphemiae oriantur (2)? Postremo cognosce, quo te tua transversum agat opinio. Scilicet coget ea te, mihi crede, ut *praelationem exteriorem* omnem Christo ipsi adimi oportere confiteare; qua re non video, quid dici queat scelestius. Nam quemadmodum Christus Apostolis dixit: *vos autem non sic, sed qui major est in vobis, fiat sicut minor* etc. ita venisse, ait, se, non ut ministraretur sibi, sed ut ministraret (3). Verum id Servator non de aequalitate dignitatis, praelationeque intelligi voluit, sed de animo per virtutem demisso. Quam quidem virtutem et commendavit Apostolis; et jussit ab omnibus coli, quocumque tandem in gradu honoris, ac dignitatis constituti essent; et ipse

(1) Confer. S. Clem. I. Epist. 1. ad Corinth. num. XXXVIII. pag 141. Tom. 1. Patrum Apostolicor Edit. Londin. 1746. Patrumque ceterorum monumenta, quae descripsit Mamachius Epist 2. ad Febron- num. XIX. Tom. 1. pag. 287. sqq.

(2) I. Timoth. cap. VI. v. 4.

(3) Matth. cap. XX. v. 28. Marci cap. X. v. 45.

prae se mire tulit; omnesque inde incitavit, ut abs se *miti, atque humili corde discerent* (1). Ceterum nusquam indicavit, velle se, ut ne sibi honor praelationis adhiberetur; immo vero Apostolos ipsos alloquens: *vos* inquit, *vocatis me Magister, et Domine, et bene dicitis; sum etenim* (2). Ac de opusculo quidem tuo hactenus.

Jam cernis, quam multa in informanda Papatus notione peccaris. Nullus hic esse poterit circuitioni locus. Aut recantes, emendesque necesse est, quae tanto damno et tuo, et aliorum scripsisti; aut si obfirmate in sententia perstes, confiteare, dignum te esse, qui e numero deleare Catholicorum. Vale.

III. Id. Januar. an. 1787.

(1) Matth. cap. XI. v. 29.

(2) Johan. Evang. cap. XIII. v. 13. sq. Quod si cavisset Christus, ne quis alteri in Ecclesia praeferatur; ne Episcopus quidem praeserendus cuiquam esset suorum, contra atque traditio ab initiis Christiani nominis ad nos usque traducta postulet. Vide S. Ignatium Martyrem Epist. ad Polycarpum num. VI. pag. 75. Tom. II. Apostolicor. Patrum Edit. Londin. an. 1746. Epist. ad Ephesios n VI. pag. 93. et num. XX. p. 117. Epist. ad Magnesianos num. II. pag. 123. Ep. ad Philippenses num. IV. p. 151. Hegesippum apud Euseb. lib. IV. Histor. Eccl. cap. XXII. pag. 155. Dionysium Corinthium apud eumdem ibid. lib. IV. cap. XXIII. pag. 158. Irenaeum in IV. lib adv. Haereses cap. III. n. I. pag. 175 et cap. XXXVI. num. 2. pag. 262. Clementem Alexandrinum lib. VI Stromatum pag. 667. Edit. Paris. an 1740. Tertullianum lib. de Jejuniis cap. XIII. pag. 551. et lib. de Baptismo cap. XVII. pag. 230. Acta Sanctar. Martyrum Perpetuae, et Felicitatis n. XIII. p. 86. Actor. SS. Mart. sincer. Edit. Veron. an. 1731. Origenem lib. III. contra Celsum num. XXX. p. 466. poſtremae Edit. Paris. et Homil. X. in Hierem. n. III. pag. 189. et rursum lib. VIII. contra Celsum num. LXXV. pag. 779. S. Cyprianum Epist. III. quae est ad Rogatianum Episcopum pag. 5. et Epist V. pag 9 et XLIII. pag. 83. Sed nae ego in re minime necessaria, cum patens sit, tempus contero.

Digitized by Google

APPENDIX

PISTUS ALETHINUS
LECTORI SUO
S. D.

Opusculum Osoris Anonymi Pontificum Maximorum de germanica in latinam linguam conversum (quemadmodum in Praefatione promiseram) huc esse duxi reiiciendum, ut abs te commode cum Epistolis hisce meis conferri posset, dijudicarique, solide ne illud, apteque ad Patrum, Synodorum, Divinarumque Litterarum doctrinam dispulerim. Atque ei quidem Opusculo Animadversiones aliquot opportune, ut tempus, ac ratio poscebat, adiiciendas existimavi, quibus et indicarem loca mearum earumdem Epistolarum, queis refutatio cujusque Paragraphi perniciosi ipsius Opusculi continetur; et testimonia quaedam Majorum adversus nova ejusdem Anonymi opinionum monstra ad legendum, expendendumque proponerem. Vale.

Digitized by Google

ANONYMI VIENNENSIS

OPUSCULUM INSCRIPTUM

QUID EST PAPA?

Editum, ut fertur, Viennae apud Josephum Noble de Curtzbeck 1782.

I. Papa advenit Viennam invisursus Imperatorem. Quî tandem? (1) Pontifex, Sanctus Pater ad

(1) Sperarem me vindicis canonum, qualem se Anonymus profitetur, lecturum opus; sed spe demum frustratus mea, scurrae aggredior libellum refellere. At quam faceti? Mox videro. Interea secum lector consideret vehementer velim, quam hospes Anonymus ipse, quamque peregrinus sit in historia. Larvae hominem agitant. Miratur, obstupescit, ac si quidquam novum, atque insolens, quod ne fando quidem umquam sit auditum, PIUS SEXTUS Pontifex Maximus inire statuerit; cum tamen notum, pervulgatumque sit, a Romanis Pontificibus itinera fuisse, Ecclesiae, Civilisve Reipublicae ergo suscepta non ad Imperatores catholicos modo, sed ad reges etiam barbaros, eosdemque haereticos, qui Italiae vastitatem minitarentur. Mitto de Leone Magno dicere, qui ad Attilam fines Italorum diripientem, Imperiumque occidentis funditus evertere molientem, magnis itineribus venit, eique persuasit, ut inceptis desisteret, utque cum ingenti sua Hunnorum manu in Pannoniam rediret. Id enim ad institutum nostrum non pertinet. S. Innocentii primi, qui ad Imperatorem Honorium Ravennam se contulit, *propter populi Romani creberrimas necessitates* (*Ep.* XVI. *T.* 1. *Ep. Rom. Pont. Ed. Paris. an.* 1721. *p.* 820.) et S. Agapeti exempla commemorabo, qui, ut pacis conſtabiliendae, ac religionis orthodoxae integre, sancteque servandae, ac tuendae causa, Constantinopolim ad Justinianum Augustum contendit, dejecit de Sede Anthimum ejus urbis Episcopum Eutychianis partibus studentem, ac impetus fregit heterodoxorum

nos venit (1) ? Sic est. Ille idem (2). Ita est, et non aliter. Ephemerides quaeque nunciant extraneam hanc apparitionem (3). Hae (Ephemerides)

Vide Acta Synodi Constantinopolitanae sub Mena an. 536 Action. I. Tom. II. Concilior. Edit. Paris. ann. 1714. pag. 1206.) Praetereo ceteros, qui post claruerunt, qui perinde, ut Pastorale Ipsorum munus postularat, incommodis sese difficilium, longorumque itinerum commisere, quosque ne commemorem, brevitas operis est impedimento. Hi satis ostendunt, quam sit imperitia Anonymi, temeritasque insignis, qui cum haec ignoret, tum ita loquitur, quasi nihil umquam simile contigerit; irridensque hariolatur, quorsum tandem id iter PII sit evasurum.

(1) Offendunt hominem *Pontificis*, *Sanctique Patris* appellationes. Neque vero est, cur quisquam miretur. Offenderunt etiam *Tò Pontifex Maximus*, et *Tò Episcopus Episcoporum* initio fere III. seculi Tertullianum, at non ante, quam is abjecta fide orthodoxa, ad Cataphrygas haereticos defecisset. Confer ejus librum de pudicitia Cap. I. Ejusdem fastidii, et fuerunt sequiori aetate, et sunt etiamnum il, qui se Catharis, Viclefianis, Lutheranis &c. tradiderunt in disciplinam. Ceterum majores nostri, jam usque fere a primis Ecclesiae temporibus, Romanum Episcopum, non Pontificem modo, sed etiam Sanctum Patrem Patrum appellarunt. Qua de re confer, quae scripsi Epistola 2. §. IX. pag. hujus operis 130. sqq. Tom I.

(2) Callide! Scilicet opus erat, ut noster Anonymus certiores faceret cives suos, Papam venturum Viennam non alium, sed eumdem ipsum PIUM SEXTUM fore, qui scripserat, Viennam se esse propediem venturum. Quasi vero ita immutari quisquam, atque alienari ab se possit, ut desinat is esse, qui dudum fuit. Ecquid autem est, nisi hoc inepti hominis, insulsique est? Nihilo secius is Anonymus tam esse bardos existimat, tamque hebetes cives suos, ut iis sese persuasurum aperet, quod ne ab Sosia quidem Servo, ut fateretur [quemadmodum est in fabulis] extorquere Mercurius pugnis potuit.

(3) Quid hoc est *Extraneam*? Profecto cum Constantinopoli sexto seculo magnus esset numerus Monophysitarum, aliorumque religionis Catholicae hostium; tum nemo tam petulans, tamque impotenti animo fuit, ut adventum in eam urbem Sancti Agapeti Pontificis Maximi *apparitionem extraneam* irridens, dicere auderet. At erat id reservatum aetati

jam nobis communicarunt Epistolam, quam Pius Sextus ad Josephum Secundum scripsit, quaque ei suam detegit intentionem. Ea res materies est sermonum paene omnium ab hebdomadibus fere sex jam inde a discessu amabilium peregrinorum septentrionis (1), et occidentis. Quoniam vero non eadem est omnium cogitandi ratio, inde evenit, ut ea res in animis hominum differentem faciat impressionem (2). Sunt enim quidam, qui mirentur, suosque spiritus torqueant, ut investigent, cur Papa veniat? Quos ductus, quasque consequutiones haec visitatio sit habitura. Alii philosophantur super immutatione cursus rerum (3), et super extre-

nostrae, ut qui impudenter summas etiam potestates ludificari non dubitet dictis delirantibus, is existimet, magnam sibi apud cives suos laudem paraturum.

(1) Vide quam secus agat Anonymus de hisce Principibus alienae communionis, ac loquatur de Ecclesiae catholicae Centro, et capite Romano Pontifice. Et audet tamen Anonymus idem sese catholicum profiteri. Ac si hunc audiamus, Summi Vicarii Servatoris Christi, Pastorisque universi christiani gregis adventus Viennam *extranea apparitio* habert, et dici debet; illorum non item. At Synodorum Arelatensis I. Chalcedonensis &c. Patribus optatus Adventus Silvestri I. et Leonis Magni &c. fuisset, non *extranea apparitio*. Verum quid hujusce generis scribillatorem moremur, quem odium in Sedem Apostolicam agitat?

(2) Qui tandem obsecro, si pervugatae jam erant, planeque perspectae omnibus causae, quae PIUM SEXTUM Pontificem induxere, ut id iter aggrederetur? Verumtamen Anonymus monstra fingit, quibus pernosci facile possit, quae mala mens ipsum permoverit, ut animum ad scribendum appelleret.

(3) Quem hic nobis *cursum* rerum memorat, qui sit immutatus progressioue temporum? *Cursus* cen-

extrema differentia (1) obscuriorum seculorum Henricorum, et Fridericorum, et epocham illuminatam Josephi II.

II. Quidam sunt omnino (2) persuasi, Sanctitatem Pii Sexti (3) id iter ad thronum imperialem ag-

te rerum orthodoxae fidei apud veros catholicos idem semper erit; navisque Petri agitari quidem fluctuum impetu potest; mergi autem, frangi, perire non potest. Haec omnium Patrum doctrina est, quam nugae irrisorum non modo labefactabunt numqnam, sed ne obscurabunt quidem.

(1) Ecqua re, obsecro, doctrina de orthodoxa religione, quae rudibus seculis Henricorum, ac Fridericorum invaluerit, discrepat ab ea, quae obtinuit ab aetate Apostolorum ad seculum VI. nominis Christiani, quo qnidem tam diuturno temporis intervallo viri sanctissimi, eruditioneque singulari praestantes maximo numero claruerunt, lucemque humanis mentibus affuderunt? Id certe discrimen neque indicat Anonymus, neque, si bona agat fide, indicari ab se posse, dicet. Jam vero de doctrina religionis nobis certamen cum Anonymo est, non de incrementis, illustrationeque mathematicarum, atque physicarum rerum, neve de legibus civitatum, quibus etsi luminis haeserit quantum voles, nihil tamen inest, aut inesse potetit virium, quo aut evertatur doctrina ipsa religionis, aut infirmetur. Per summam vero injuriam Epocham Anonymus memorat Josephi II. Augusti Imperatoris, quasi haec quidquam lucis, seu potius tenebrarum inferat, quod eidem doctrinae fidei noctes possit obducere.

(2) Interpres Gallus sic vertit: „ Quelques uns sont tout à fait persuadés, que la Sainteté du Pape le „ Pie VI. entreprenne ce voyage au „ throne Imperiale pour y prendre „ l'investiture de ses fiefs. l'hôte, „ et loueur de chambres comte „ deja le gain, qu'il espere tirer „ des etrangers arrivans en grand „ nombre. Le devot se rejouit en „ attendant des *agnus Dei*, des „ chapelets benis, des corps de Saints, „ ou du moins des reliques. Le „ moine affligé, la religieuse empressée pour son voile espere; et „ que n'esperent-ils pas „? Haec Italus Interpres, supprimenda duxit, propterea quod quam sint aliena, indigna homine liberaliter educato, atque inepte scripta perspiceret.

(3) Fingit haec Anonymus Momus, ut ludos agat imitatus Sotadem,

gredi , ut investituram accipiat suorum feudorum .

quem ſibi Arius item orthodoxos irridens proposuerat ad imitandum . Cujusnam porro iter Anonymus ipse in invidiam vocaturus, hujusmodi nugas blatit ? Pontificis scilicet , cujus ἀποστολικὸς ἐστι θρόνος , *apostolicus est thronus* , quique custos est τῶν παραδόσεων *traditionum*, quas accepit παρὰ τοῦ μακαρίου , καὶ μεγάλου ἀποστόλου πέτρου *a beato , et magno Apostolo Petro* . (Conſer S. Athanas. *Histor. Arianor. ad Monachos n.* xxxv. *sqq. Tom.* I. *oper. Edit. Parit. an.* 1698.) qui Pontifex cum successione nitatur , quae *petra est , quam non vincunt inferorum portae* . [S. August. *in Psal. contra Donatistas T.* ix. *oper. Edit. Antuerp. an.* 1700. *p.* 5.] tum Cathedram regens , *in qua sedit omnium Apostolorum caput Petrus , in qua una omnium unitas servatur* . [*Optat. Milevitan. lib.* II. *contra Parmen. cap.* II. *pag.* 31. *Edit. Antuerp. an.* 1702.] et in qua velut supra *petram* ita est aedificata Ecclesia , ut qui cum *illa non colligat , spargat* . [V. *Hieron. Epiſt. ad Damasum Tom.* I. *Epistolar. Romanor. Pontif. pag.* 546. *Edit. Paris. an.* 1721.] religionis orthodoxae causa , quod omnes norunt , Viennam ad Imperatorem , ut Pater ad Filium , ut Magister omnium Christianorum , ut Doctor , ut Pastor [Vide definitionem Synodi Oecumenicae Florentinae Tom. ix. Concilior. pag. 423. Edit. Paris. an. 1714] sese conferre , opem adversus profanarum novitatum disseminatores petiturus instituit . Jam vero „ quid „ honorificentius , quam ut Imperator Ecclesiae filius dicatur? Quod „ cum dicitur , cum gratia dicitur . „ Imperator enim intra Ecclesiam , „ non supra Ecclesiam est . Bo„nus enim Imperator quaerit au„xilium Ecclesiae „ . [S. Ambros. Sermon. contra Auxentium , num. xxxvi. Tom. III. oper. Edit. Venetae an. 1751.] Hunc vero titulum , cum tot Imperatores , Christianiſſimique Reges sibi semper gloriae duxerint ; quid est , quod quisquam , sine summa injuria , praeter Anonymum , despici a Josepho II. posse arbitretur ? Filium autem tantum cur PIUS Pater adeundum non putasset , neve ab eo obsecrans petiisset , quod Patres Aquilejensis Concilii an. 381. a Gratiano , et Theodosio Seniore obsecrantes postulavere? nempe ut caverent „ ne *haere*„*ticorum* perfidia ulterius posset „ latere , et serpere „ : atque „ ne „ sinerent , totius orbis Romani ca„put Romanam Ecclesiam , atque „ illam sacrosanctam fidem Aposto„lorum turbari ; inde enim in o„mnes venerandae communionis „ jura dimanant „ . [Epist. quae est xii. inter Damasianas , num. 1. et

Caupo (1), et cubiculorum locator lucrum jam

IV. Tom. I. Epistolar. Rom. Pontif. pag. 552. 554 Edit. Paris. an. 1721.] Age vero quae conjunctio cum Romana Sede, quae communio, quae fides ab Apostolo Petro constabilita, quae praedicata ab Apostolorum discipulis, quaeque inde ab Irenaeo Seculo secundo, ab Tertulliano vero, Origene, Cypriano seculo tertio, qnarto autem ab Eusebio in historia, ab Athanasio, ab Hilario, ab Ambrosio, a Patribus Synodorum Sardicensis, et Aquilejensis, ab Hieronymo, ab Johanne Chrysostomo &c. &c. quinto ab Augustino, a Patribus Conciliorum Carthaginiensis, Milevitani, Ephesini, Chalcedonensis &c. sexto ab Avito Viennensi, a Caesario Arelatensi, a tot Synodis Romanis sub Symmacho Papa, a Poſſessore Episcopo Africano &c. &c. Septimo a Patribus Synodorum Africanarum, et Palaestin., et Cypri &c. et Constantinopolitanae Oecumenicae tertiae, a Victore Carthaginiensi Primate &c. Octavo a Patribus Synodi Oecumenicae Nicenae II. Theodoro Studita, Germano Patriarcha Constantinopolitano, Bonifacio Apostolo Germanorum &c. Nono ab Hincmaro Remensi, a Patribus Synodi Oecumenicae VIII. Constantinopolitanae IV. &c &c. decimo, undecimo, et duodecimo a Patribus Synodorum Gallicanarum &c. Lateranensium, & Lugdunensium, a S. Petro Damiano, ab Yvone Carnotensi, a S. Bernardo &c. &c. celebrata est; strenueque ab Imperatoribus Theodosio, Honorio, Marciano &c. Justiniano propugnata; eane tam non esset Josepho Augusto cordi, ut hunc PIUS praesidio sibi futurum diffideret? Quis hoc dici ferat? Quid? obscurane ea tot secula fuisse putem, quibus tot doctores tanta eruditionis, pietatisque celebritate, et gloria claruerunt; hoc vero nostrum *illuminatum*, quo tot Lutherani, Calviniani, Sociniani, Volteriani, Rousseani, Bullangeriani, eo pertigerunt, ut veritati noctes obducere conati, sibi persuaserint, brevi se non minus religionem, quam potestates summas omnes funditus esse deleturos? Ita quidem Anonymus censere videtur. At quotus quisque tam caecus est, ut non cernat, quod lumen ab hoc jactatur, caliginem esse, ac tenebras? De investituris, deque feudis, quod idem est commentus Anonymus, non laboro. Nihil enim tale, praeterquam illi, in mentem cuiquam venit. Interea Historiam *de Investituris* a Cardinali Norisio perscriptam, et Opusculum Cardinalis Orsii *dello Stato temporale della S. R. Chiesa*, qui volet, consulat.

(1) Ecquid heic esse potest cauponi loci, ubi de Religione, de Sum-

Digitized by Google

computat, quod sese percepturum sperat a peregrinis, qui huc magno numero pervenient.

Devotus gaudet expectans *Agnus Dei*, corollas benedictas, Sanctorum corpora, aut saltem reliquias (1).

Monachus afflictus, Monialis sui veli cura incitata sperat. Et quid hi non sperent (2)?

mo Hietarcha, deqne Augustissimo Caesare disseritur? Verum id salsum visum Sophistae nostro est. Scilicet tam abjecte de maximis, sanctissimisque et dignitatibus, et rebus sentit, eas ut memorar non patiatur, ni una memorato lucro cauponario. Et is; tamen est, qni non solum unum se e paucis jactat esse, qui sapiant; sed sperat etiam ineptiis hisce suis, gratiam sese apud orthodoxos cives suos, et laudem inventurum. *Larvae hunc, atque intemperiae, insaniaeque agitant* virum. Nisi enim ita esset, qui demnm vigilans somniaret, eos sibi assensores, laudatoresque fore, qui ipsum detestentur, ut qui afferat, τὰ οἱ πρὸ ἡμῶν πρεσβύτεροι, οἱ καὶ τοῖς ἀποστόλοις συμφοιτήσαντες οὐ παρέδωκαν, *quae qui ante nos fuerunt Presbyteri, cumque Apostolis convenere, non tradiderunt*, nt S. Irenaeus Florino exprobrat novatori? Apud Euseb. lib. v. Histor. cap. xx. pag. 206.

(1) Quasi vero inanis, se perridicula eorum pietas sit, qui haec fibi parare student. Sed ita est institutus Anonymus, ut mirum non videatur, si insectetur perinde, atque Irrideat fideles primorum temporum, qui, (*ut est apud Lucam in v. capite Actorum Apostolicorum*] effe„rebant infirmos, ut venientis Pe„tri vel umbra obumbraret quem„quam illorum„: Neque In hos tantum Anonymus idem risus conabitur concitare, sed in illos etiam, qui [ut est item scriptum ab Luca in Actis cap. xix.] curabant, ut quae sudaria, et semicinctia Paulo usui fuissent, super languidos ponerentur, ut ab his languores abscederent. Hos vero si carpit, quid in eos non jaciet injuriarum, qui Sanctorum reliquias, qui flores ad reliquias applicatos, qui Terram Sanctam e Sepulcro Christi Servatoris eductam et quaererent diligenter, et servarent pietatis ergo; qnique jam a Patribus, imprimisque ab Sanctis Ignatii Martyris discipulis, a Smyrnenfibus etiam S. Polycarpi, ab Ambrosio, ab Augustino, et Paulino &c. laudati essent?

(2) Haec adversus afflictos Anonymi commiseratio est, qui idcirco

Digitized by Google

Ego vero cum non sim politicus, neque philosophus indifferens (1), nec caupo (2), aut locator ullarum aedium, nec simulator pietatis (3), nec monachus (4), neque mulier religiosa (5); alias etiam animadversiones facio. Speciatim autem miror, tam paucos esse cives meos, qui notiones ha-

cruciantur, dolent, gemunt, quod instituta sua ad SS. Apostolorum vivendi rationem exacta, commendata a Patribus, a Conciliis etiam oecumenicis confirmata non contemni modo, sed etiam proscindi calumnia a pseudophilosophis, inque extremum discrimen adduci cernunt. Cur autem hi *egentes*, *anguſtiati*, *afflicti* irridentur a Sophista noſtro, propterea quod adventum Pontificis sperarint sibi consolationi fore? Sed meminerit imitator Zoſimi ethnici fabulatoris, Monachorumque hostis; meminerit, etiam impiorum, qui cum justos exagitassent, suisque rebus expoliassent, tum cognita demum, at sero tamen, veritate dixere] ut est in v. Cap. libri Sapientiae]: „ hi sunt, quos habuimus „ aliquando in derisum, et in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam &c. „: cumque horum meminerit, exsequatur, dum tempus habet, quod a Liberio Pontifice Maximo dictum fuit Eusebio Eunucho profanatori sacrarum aedium: ἄπελθε, πρώτον γενοῦ χριστιανὸς. „ Abi. Primum Christianus fias. „ Vide S. Athan. Hist. Arianor. ad Monachos, et Theodoritum lib. II. Histor. Eccl. Cap. XVI.

(1) Quisnam, rogo, is est non indifferens Philosophus? Caveat Anonymus, ne is sit, qui opinionibus se tandem addixerit, ac devoverit, seductorum per *philosophiam*, *et inanem fallaciam secundum elementa mundi*, *et non secundum Deum*. Hos autem S. Paulus fugiendos monet.

(2) Sane credo. Verum expecto, quem se demum esse profiteatur.

(3) Id quoque nihil haesitans credo. Quid enim simulet, quam jamdiu excussisse videatur? itaque et confeſſionem auricularem tollere conatus est, et nihili excommunicationem facit &c.

(4) Non repugno. Sunt tamen qui eum fuisse Coenobitam ferant, at post ubi manum *ad aratrum misit*, inconstantia, ac volubilitate, qua est insignis, *respexisse retro*.

(5) Hoc etiam restat scilicet!

beant accuratas, et determinatas (1) de *quaestione*, quid sit Papa?

Inepti, et fanatici sibi exhibent Pontificem ut quidpiam plus quam humanum (2) cum corona circum caput, pene uti semideum (3),

(1) Tam ia parvi cives suos pendit, ut eos omnes (praeter se, perpaucosque) alios magna in rerum gravissimarum ignoratione versari jactet. Ad eo autem ridiculo est capite, ut eos tanta injuria vexans, esse sibi se speret conciliaturum. At *suatim facit*, *nulla ut ipsi apud suos* praesertim *sit fides*. Quinam porro illi sunt perpauci, quos secum sentire scribit, nisi hi, qui Hussitizare, Lutheranizareve coeperunt? Nam catholici, quos Anonymus magno numero esse ait, Doctores sanctos Ecclesiae Catholicae omnes, speciatim vero Apostolum suum S. Bonifacium, Patresque, qui inde floruerunt, ac Synodos in Germania celebraverunt, quidque ait Papa pernoverunt; non transfugas novos Anonymi Symmystas sequuntur, ut hisce ipsis epistolis nostris ostendimus.

(2) Quid? hominum ne inventum, non institutam divinitus esse Pontificiam dignitatem censet? Quod si instituta divinitus est, quaenam est caussa, cur vitio vertat suis, quod plusquam humanum aliquid in Pontifica agnoscant, ac venerentur; eique propterea docenti, praescribentique auscultandum ac parendum putent, memores verborum Servatoris Christi dicentis Petro: *pasce oves meas*, *pasce agnos meos*: ac *tu es Petrus*, *et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam &c.* Sin autem humanum inventum esse Papatum censet Anonymus; quid erit reliqui, nisi ut omnes eum non modo ut ineptum, atque fanaticum; sed etiam velut haereticum aversentur?

(3) Anonymus cum veritate nequeat, agit calumnia, ut orthodoxos quosque, imprimis autem cives suos in invidiam vocet. Neque enim horum quisquam est, qui Papam esse Semi-Deum putet. Caput quidem universae, qua late patet, Ecclesiae, Pastorem, Gubernatorem, qui *vice Christi* Rector, atque Judex et cogitetur, et sit revera, eum agnoscunt quemadmodum ab Synodis declaratum, definitumque est, traditumque a Patribus memoriae hominum sempiternae, atque a nobis Epistolis hisce nostris plene, cumulateque demonstratum. At Corona? Ridiculum! Quasi vero corona Sa-

sancto horrore afficiuntur dum proferunt verba : *Papa* (1) , *Roma* (2), *Vaticanum* (3) , *Bul-*

L 4

mi-Deum indicet , Joannesque Apostolus sese haberi Semi-Deum voluerit, qui , ut est in Epistola Polycratis Ephesii ad Victorem Papam apud Euseb. lib. v. Hist. cap. xxiv. fronte πέταλον *laminam* , atque ut est apud Hieronymnm lib. de Script. Eccl. *auream* , utque apud Rufinum, *pontificalem* gerebat veluti indicium dignitatis , auctoritatisque Apostolicae, atque Pastoralis suae.

(1) Cur non ? An veneratio , ac reverentia adhibenda ei non est, qui *Cathedram* tenet *unam super Petrum Domini voce fundatam ita, ut quisquis alibi collegerit , spargat ; adulterumque sit , impium sit, sacrilegum sit quodcumque humano furore inſtituitur , ut diſpoſitio divina violetur ? S. Cyprianus* Epiſt. xliii. ad Plebem al. xl. pagin.83. Edit. operum Oxon. an.1682. Confer etiam S. Hieron. Epiſt. ad Damasum x. num. 2. pag. 546. T. 1. *Epiſtolar. Romanor. Pontif. Edit. Paris* .an. 1721. et Optatum Milevitan. L. II. cap. II. contra Parmenian. p. 31. Ed. Antuerp. an. 1702. An eum honore nominandus non eſt, is, qui Successor Petri cum sit, Petrum exhibet super quem Christus aedificavit Eccleſiam, inſtituitque unitatis originem etc. (S. Cyprian. Ep. ad Jubaj. lxxiii. p.261.) cujus eſt auctoritas de Sanctarum Scripturarum auctoritate depromia etc. (*Synod. Milevit.* an.416. Epiſt. ad Innoc. I. n. 3. pag. 875. Tom. 1. Epistolar. Rom. Pontif. Edit. Pariſ. an.1721.) quem denique uti caput honorandum in memoriam B. Petri Sancta Synodus Sardicenſis a Sanctis patribus doctrinae, virtutiſque gloria maximis celebrata edixit an. 347. Can. III. Tom. 1. Concilior. pag. 619. Edit. Pariſ. an. 1714. et Ep. ad Jul. Papam ibid. pag. 653. ? Quid ? An Synodum tantam non audiet Catholicus Germanus , ut Anonymum se doctum jactantem audiat?

(2) Odit homo Romam . Quare dedecere putat , ſi eam catholicus reverenter appellet . At contra ſenſere Patres Cyprianus, Athanaſius, Optatus, Auguſtinus, Proſper etc. Immo eam vel Ariani ipsi aliquando venerati fuere (Epiſt. ad Julium apud Sozom. Lib. III. Histor. cap. viii. pag 95.) ut quae Schola fuerit pietatis jam usque ab Apoſtolorum temporibus .

(3) Norunt Catholici, quam fuerit Vaticanum celebratum jam inde a primis Eccleſiae Seculis ob trophaea Apoſtolorum . Vide Caij teſtimonium apud Eusebium lib. II. Hiſt. Eccl. cap. xxv. pag. 75. sq. Eo interdum frequentes convenere venerationis ergo Patres, atque concilia celebrarunt : „Cum in unum plurimi Fra-

la (1) , *Excommunicatio* (2) , et *Benedictio Papalis* (3) .

Libertinus (mala illa herba quae germinat etiam apud nos) (4) ludificatur publice *triregnum Mundi* (ut

„ tres conveniſſemus ad S. Apoſtoli „ Petri reliquias, per quem et Apo„ ſtolatus, et Epiſcopatus in Chri„ ſto coepit exordium etc. „ Confer Epiſt. v. Siricii ad Afric. Epiſcopos n. 1. pag. 651. Sed de veneratione, qua ad Vaticanum, reliquias B. Petri veneraturi, omni aetate adire conſuerunt Epiſcopi, Reges, Imperatores, longum eſt dicere.

(1) Quo in pretio habitae ſemper fuerint Epiſtolae Romanorum Pontificum, Litterae Dionyſii Corinthii ſeculi ii. ſcriptoris demonſtrant. Ad Soterem enim Pontificem an. circiter 170 ſcribens „. Hodie, inquit, San„ ctum Dominicum transegimus, in „ quo veſtram legimus Epiſtolam, „ quam quidem perpetuo legentes, „ perinde ac priorem nobis a Cle„ mente ſcriptam, optimis monitis „ abundabimus „. Apud Euseb. L. iv. Hiſt. Eccl. cap. xxiii. p. 160. Edit. Taurin. Ejusmodi Epiſtolae, quae modo Bullae et Conſtitutiones; ſeculo vero ii. ſqq auctoritates appellabantur. Confer Tertullian. lib. contra Praxeam cap. 1. et Acta Palaeſtinae Synodi an. circ. 195. habitae, quae quidem Acta extant apud Bedam Tractat. de Aequinoct. vernali, et Conſtantium in Victore Papa Tom. 1. Epiſtolar. Romanor. Pontif. num. 2. pagin. 91. Sed Italorum, Gallicanorum, Hiſpanorum, Thracum, Graecorum, Asianorum &c. monumenta, ex quibus inteligitur, quam omnes ſemper magni habuerint ejuſmodi Epiſtolas, praetereo, ne ſim in re ſatis teſtata longior.

(2) De *Excommunicatione* agam, ſed tempore. Interea Vide Paulum Epistol. ad Cor. I. cap. v. v. 4. ſq. et Ep. II. cap. II. v. 1. ſqq.

(3) Mirum, ni is, qui benedictionem irridet a Pontifice ſummo Capite Eccleſiae, Summoque Chriſti Vicario datam; non irrideat etiam benedictionem datam Abrahae a Melchiſedecho, qui Melchiſedechus erat Sacerdos Dei Altiſſimi.

(4) En quid Anonymus Libertinis tribuat. Malas eos herbas vocat, non quo hi Chriſtianismum ejurarint, neve quod providentiam, exiſtentiamque Dei aut negent, aut in dubium, controverſiamve revocent, nam id totum ſilentio, quaſi indifferens praeterit; ſed ob ineptias aliquot, quas tamen ipſe calumniando, ludendoque probat. Principio de triregno mundi ita appellato Romae, quod ſcribit, ple-

Digitized by Google

Romae appellatur Papalis corona) Pileum rubrum calumniae, mendaciique eſt. Triregnum quidem coronam Pontificis appellamus; mundi non item. Quamquam ſi ob dignitatem, quam ſuſtinet Pontifex, ut caput ſit omnium totius orbis Eccleſiarum, mundi etiam diceremus; nihil diceremus, quod reprehendi, irriderique, niſi ab Sycophantis, qui rapere omnia audeant in pejorem partem, poſſit. Quid autem eſt, cur coronam quiſquam irrideat Papae; non irrideat Regum, aut Imperatorum? Nam ſi horum coronae symbola sunt auctoritatis, et dignitatis; eſt item profecto symbolum ſpiritalis auctoritatis, atque dignitatis Capitis Eccleſiae, Rectoris, atque Gubernatoris gregis univerſi chriſtiani, quae sane dignitas, et auctoritas ſpiritalis multo eſt temporali Principum laicorum praeſtantior. Conſulito S. Jo: Chryſoſtomum Homil. IV. in illud Vidi Dominum n. 1. sqq. Tom. IV. oper. pagin. 1032. sqq. Edit. Paris. Montfaucon. Non eſt autem opus ceteros commemorare Patres, ut Gregorium Nazianzenum, ut Iſidorum Peluſiotam, ut alios, quorum eſt eadem prorsus sententia. De Pileo rubro, de mitra, de pileolis quae turbat Anonymus, non laboro. Eadem enim licentia insignia ordinum Equeſtrium aurei velleris, et aquilae albae, itemque nigrae, et cerulei cinguli etc. quae geſtare solent, qui sunt bene de r. publica meriti, quive gratia apud Principes valent, deridicule vertere audebit. Quod ſi hoc ſibi licere non credit, qui liceat irridere inſignia, quae Symbola eſſe Eccleſia rerum Spiritualium voluit, innixa traditione majorum? De zonis, aut de funibus, ac de barba ridentem quid morer, quae ſigna ſunt humilitatis eorum, qui abjecte de ſe ſentiunt, contemnique amant, ut Chriſto Servatori placeant? Rideat quidem Anonymus cum libertinis. Eum profecto, Symmiſtasque suos irridebit Dominus, et subsannabit. De Sanctis Georgio, et Chriſtophoro, et undecim millibus Virginum, et martyrum, quod adſcribit, injurium eſt. Sic enim ea effert, quaſi ab Catholicis in laudabiliorum narrationum numero habeantur, quod falsum, atque calumniae plenum eſt. Novimus eſſe in Legendis Sanctorum plura addita ab imperitis, qui fictis narratiunculis excitare in plebe majorem in modum pietatem putarunt. Quotus autem quisque non plane rudium eſt, qui eorum aut piam, qualem ipſi censebant, fraudem; aut inventa, non eſſe reprehendenda arbitretur? De oleo, de farina, de pane, de ramis benedictis &c. quae irridens adjungit, ac ſi a catholicis Praecipuae res Sacrae exiſtimentur, satis demonſtrant, qua calumniandi libidine ſit, quamque projectus ad audendum quidquid ipſi conducere ad infamiam catholici nominis videatur. Quem porro ille rationabilem Chriſtianum appellet, mox videro.

brum, Mitram, Pileolos rotundos, acutos, angulatos, Monachorum, sandalia, zonas, funes, barbas. Irridet indignis modis narrationes laudabiliores legendarum equitis Georgii, et draconis, quem is interemit; magni Christophori, qui debuit portare Dominum nostrum per aquae medium; et undecim millium virginum occisarum Coloniae jussu pagani Regis.

In eadem serie ponit res vere sanctas, epistolia Lucae, panem Nicolai, farinam Aloysii, oleum Walburgae, fabas Ignatii, ramos benedictos Saulii contra tempestates, et aquam contra febrim. Hae res postremae duae obtineri poternnt 29. Aprilis hujusce anni a Reverendis Patribus Dominicanis juxta monitum, quod extat in Kalendario Cracoviensi typis excusi apud Nobilem de Trattrern.

Non est nisi rationabilis Christianus, beneque institutus, (quamquam sunt hi infeliciter exiguo numero) qui sciat, in quo precise consistat praelatio, quam divinus fundator nostrae sanctae Religionis dedit Sancto Petro, et suis successoribus supra suos confratres Episcopos aeque plenipotentiarios; et quemadmodum haec praeeminentia successione temporum veros fines suos excesserit.

Cum id habuerim felicitatis recipiendae melioris informationis, (1) equidem credo me esse obligatum,

(1) Cujusmodi haec ſit ejus *informatio*, paullo poſt demonſtrabitur.

ut eam cum civibus meis communicem. Meus erit stilus ejusmodi,ut quisque, qui sim, possit comprehendere. Interea non utar nisi sententiis expressis e Sacra Scriptura, et Sanctis Patribus (1). Ego magni facio illos lectores, qui efficiunt, ut hujusmodi fontes valeant, et sensus bonus; et ut recte dicam, eos pluris etiam pendo, quam multos, qui appellantur sapientes; quia juxta meum cogitandi modum, ille homo non est de communi, qui veritatem audit, et veram ejus originem. Ego e contra existimo ut homines vulgares eos, qui nolunt praejudicatas opiniones (2) abjicere, et materias tollere tam saepe refutatas (3), quin suae dignitatis,auctoritatis, praetensaeque sapientiae habeant rationem; et sicut hae praejudicatae opiniones sunt eorum unica norma, ita deceptio, et occultae machinationes sunt eorum sagacitas, et inurbanitas eorum est passio (4).

Interea nihil me umquam legiſſe ajo ant insulsius, aut mendaciis, fucis, dolis refertum magis.

(1) Falsum id profecto, ut mox palam fiet.

(2) Praejudicatas opiniones vocat sententias, quae Patrum, Synodorum, Sacrorumque Bibliorum auctoritate nituntur, ut eſt meis hisce Epiſtolis septem plane demonſtratum.

(3) A quibusnam, niſi a Proteſtantibus, quorum sunt jam millies disjecta, atque explosa sophismata?

(4) Quod ſibi ineſt, id aliis affingit Anonymus vitium. Nunc monitum eſſe lectorem volo, quae hactenus ex libello Anonymi attulimus, in Germanica quidem editione extare, inque verſionibus latina, et gallica, et graeca, in italica vero non item. Scilicet Italus interpres omittenda duxit, propterea quod plena eſſe cognoſſet ineptiarum. Paucis porro a nobis refutata sunt Epiſt. 1. num. 1. seq. a pag. 1. ad 4.

III. Adoratores (1) fanatici Papae, ut primum illum viderint, clamabunt fortasse: *ecce* illum, cui persona nulla est similis super terram (2). Avertat Deus, inter eos ut inveniar, qui ejusdem sint furfuris. Indicium iis contradicendi minus etiam quam ridendi nòn aliud efficeret, quam inducere ad ore pleno clamandum: an non is est, qui accepit a Deo claves regni caelorum, et potestatem ligandi, et solvendi (3); cui nullus Episcopus potest aequiparari (4); a quo Episcopi ipsi obtinuerunt (5) potestatem suam, et auctoritatem eodem modo, quo Pontifex suam potestatem supremam accepit immediate a Deo? An non hic est Vicarius Christi, caput visibile Ec-

[1] Omittunt Italus, Graecusque interpres *Tò adoratores*. Retinent Tò *fanatici*. Graecus *Tò adoratores* convertit in *defenſores* διαυθεντοῦντες. Italus addit *ſantocci*, hoc est *ſanctitatis ſimulatores*. Adjungit idem Graecus de suo, *defenſoribus*, quos vocat, *dominari fanatiſmum ipſorum*. At haec verba in germanica editione non extant, ut ne in gallica quidem versione.

[2] Cujusmodi ista *ſimilitudo* est? An quisquam est Catholicorum, qui Papam hominem natura nostri similem neget esse? Nullus profecto. Quid negant igitur Catholici? Parem Papae gradu, dignitate, auctoritate sacra neminem esse: An hoc fanaticorum est? Patres certe, Synodi, Ecclesiae catholicae omnes jam usque ab initio secus statuerunt, quas scelus est fanatismi arguere. Confer Epistolam priorem nostram num. I. et II. et III. et IV. pag. 2. ad 9. et Epist. III., num. II. pag. 156. et Ep. VII. pag. 129. sqq. Tom. II.

[3] Quid? Hoccine fanaticum Anonymus dicet esse? Condemnabit igitur fanatismi quod catholica fides docet. Vide quae supra ex Patribus Synodisque attulimus Epist. I. Tom. I. p. 6. et p. 7. sq. not. 6. &c.

[4] Confer Epist. nost. I. p. 4. sqq.

[5] Non omnes catholici sic censent Sed vide Adnot. nostram [*] ad Constitutionem PII VI. pag. XVIII.

clesiae, supremus, et infallibilis judex omnium fidelium (1)?

Aliunde si quis in medio inveniatur talis turbae fanaticae, non potest suscipere cogitationem eam (turbam) docendi, aut refutandi, sed debet inire consilium fugiendi, ne omnino proculcetur pedibus hujus generis hominum.

IV. Ego igitur (2) volo alloqui cives meos in pace (3), et sine damno (4) de omnibus his praedicatis, quae aliqui attribuunt Papae. Cari cives mei, audite Sanctum Johannem Evangelistam, (5) qui nos Cap. xx. v. 22. et 23. certiores facit, quod Jesus Christus non solum Petro loquutus est, sed pariter omnibus Apostolis, et discipulis: accipite Spiritum Sanctum, quibus vos remiseritis peccata, remittentur eis, et quibus retinueritis, illis retenta erunt.

[1] Rejicit hoc loco Anonymus definitionem Oecumenicae Synodi Florentinae uti fanaticam.

[2] Non hercle video, quemadmodum id sit consequens.

[3] Novum id genus pacis est. Posteaquam enim cives suos exagitavit injuria, adeo ut eos imperitiae, ineptiae, fanatismi redarguerit, perpaucosque dixerit eorum esse, qui sapiant, ac norint, *quid Papa sit*; tum in pace eos sese jactat alloquuturum, ac sine damno. Quo id animo laturi illi sint, quisque intelligit. Caveat porro, ne damno magno suo, *eorum pedibus*, ut metuere se dicit, eos alloquens, *proculcetur*.

[4] Sine damno? Ecquod enim inferri majus damnum potuit civibus suis, quam eos inducere, velut is conatur, ut doctrinam fidei catholicae, institutionemque rectam deserant, partesque sequantur heterodoxorum?

[5] Confer quae scripsi Epist. I. numer. v. pag. 9. sqq.

S. Hieronymus dicit perinde de omnibus Apostolis (1): *Omnes receperunt claves Regni Caelorum, & Ecclesia est fundata super illos omnes. Lib.* I. *adversus Jovinianum.*

Audite linguam S. Cypriani (2). Alii *Apostoli fuerunt certe aequales Petro, et receperunt eamdem dignitatem, et eamdem potestatem lib.de unit. Eccles.*

Audite quoque Salvatorem (3) ipsum, apud S. Johannem Evangelistam loco supradicto, ubi loquitur omnibus discipulis: *Sicut misit me Pater meus, sic mitto vos.* Oportet bene notare expressionem: ego mitto vos, et non omnino: *ego vos faciam mitti a Petro.*

S. Paulus dicit in sua Epistola ad Galatas Cap. I. v. 1. *Paulus Apostolus non ab hominibus, neque per homines*, et consequenter neque a Papa, neque per Papam, *sed per Jesum Christum, et Deum Patrem, qui suscitavit eum* (4).

Audite S. Ambrosium. *Episcopus representat personam Jesu Christi; ipse est Vicarius Domini. In Commentar.ad Epistolam ad Corinth.* (5)

Audite S. Augustinum: Episcopus debet supera-

[1] Vide, quemadmodum haec refutarim Epist. ead. num.VI. p.12.sqq.

[2] Haec qua fide scribat Anonymus, ostendi Epistol. ead. num VII. pag 15. seqq.

[3] Quam subdole de his agat, demonstravi ejusd. Epist. n. VIII. et seqq.

[4] Ad haec respondi Epist. eadem l. num.IX. pag.24. seqq.

[5] Miro hic homo procedit ordine! A Paulo ad Ambrosium gra-

re alios *puritate*, *quia est Vicarius Dei*. *Quaest. Veter. et Novi* Testamenti. (1)

S. Basilius dicit: *Episcopus nihil est aliud*, *quam homo qui representat personam Jesu Christi*. *Constitut. Monasticar. Cap.* XXII. (2).

Oportet, ut vos honoretis antiquos, et Pastores Ecclesiae (3) veluti Patres vestros, et veluti Vicarios Christi dicunt sancta Concilia apud Harduinum

dum facit. Satis distribute id quidem! Neque vero minus accurate! Nam opus adscribit Ambrosio, quod Ambrosii non est. Locum idem affert, qui ad rem non pertinet. Praetermitto cetera, quae cum ad rem nostram non conferanr, tum ipsi vehementer repugnant. Huc scilicet recidunt *informationes* praeclarae, *melioresque* illae, quibus sese cives suos instituturum pollicetur. Vide quae scripsi Epist. ead. I. num. 10. pagin. 26. sqq.

[1] Quam erret turpiter de Augustino agens, ostensum jam a me est Epistola eadem I. num. XI. pagin. 30. sqq.

[2] Est haec item altera ejus *melior informatio*. Basilium de aliis rebus agentem, testem citat, ejusque, more suo, pervertit sententiam. Hac arte non edocere quidem certe cives suos; sed imperitiores reddere, quam ipsos praedicat, conatur. Verum nihil agit. Conf. eamd. Epist. nostram I. num. XII. pag. 33. sqq.

(3) Non honorari se ab Anonymo Pastores sacri existimabunt, sed exagitari calumnia; cum eo se nomine appellari ab ipso cernant, quasi deripi Pontifici Romano sua jura, gaudeant, paresque ei omnino sese constituant dignitatis, auctoritatisque gradu. Quid enim calumniosius, quam eos specie honoris in invidiam erroris vocare, quasi nesciant, quid de Romanae sedis Primatu Patres, quid Synodi, uno verbo quid Fides poſtulet? At sciunt profecto Pastores ipſi catholici, quae sint artes haereticorum. Meminere, quid de Arianis Athanasius scripserit in Epistola de Sentent. Dionysii num. I. pag. 191. Tom. I. oper. Edit. Patav. an. 1777. „ Quem [inquit S. Doctor] ipſi ad „ commendationem suae haereseos „ laudibus ornare videntur, quam„ quam illum beatum appellant, non „ levi tamen, sed et omnium gra„ vissima calumnia vellicant „.

Tom. IV. Col. 1466. 1480. Tom.V. 468. (1) Cives mei, intellexistis sufficienter, non solum Papam, verum perinde quemque Episcopum esse Vicarium Christi; et quotidie vos videre Vicarium Jesu Christi in persona Episcopi vestri, qui habet eamdem potestatem ligandi, et solvendi, et obtinet quoque claves regni caelorum immediate a Deo, sicut et Papa (2).

Audite etiam, quod attinet ad supremum infallibile tribunal, i re fidei, et morum, ut ab Evangelio, a Sanctis Patribus, et a Concilis recognoscitur, non apud Papam esse, sed apud Ecclesiam universalem (3)

In Capite XVIII. S. Matthaei v. 15. Petrus ita prorsus, ut alii discipuli remmittuntur ad Ecclesiam velut ad Judicem Supremum; et Salvator non dicit, ut qui non audit Petrum, sed ut qui non audit Ecclesiam, eum ego teneo pro Ethnico, et Publicano (4). Eccle-

[1] Haec concilia nono seculo celebrata fuere. Ea si nos memorassemus, Anonymus, Symmistaeque exclamassent, non commoveri se Synodis barbaricorum temporum, quae post editas Isidorianas Epistolas, habitae fuerint, auctoritate. Illustrioris aetatis monumenta se poscere: Hasce porro Synodos IX. seculo celebratas parvi ab se pendi. Verum nunc contra faciunt. Nos ipos, qui testimoniis Patrum primorum temporum, qui Synodorum Ephesinae, Chalcedonensis &c. actis, decretisque pugnamus, premi ab se putant posse recentium Synodor. provincial. dictis, quae tamen nil nobis adversi continent. Tanta est novitatis studiosorum volubilitas! Sed de hisce Synod. egi Epist. ead. I. num. XIII. p. 35. sqq.

[2] Confer, quae scripsi Epist. ead. num. eod. pag. 39. sqq.

[3] De hac re egimus copiose ibid. num. XIV. pag. 57. sqq.

[4] Conferri volo, quae scripsi ibid. num. XV. pag. 60. sqq.

Ecclesia Dei viventis est columna, et fundamentum veritatis (1), ait S.Paulus ad Timoth. cap.III.

Tom.II. M

(1) Jam hoc noveram. Illud nunc rogo, an doceat Eccleſia, dum Pontifex Maximus docet? Cyprianus sane, Eccleſiae voce respondere Petrum, et Eccleſiae nomine docere scribit. Epiſt. LIX. al. LV. ad Cornel. num. VII. pag. 178. Tom. I. Epiſtolar. Rom. Pontificum Edit. Paris. an. 1721. et Epiſt. LXVI. al. LXIX. ad Florentium pag. 168. Edit. Oxon. an. 1682.) Synodi etiam Oecumenicae fatentur, Petrum per Pontificem loqui [Synod. Ephes. Act. II. pagin. 1471. Tom. I. Concilior. Edit. Paris. an. 1714. & Action. III. pagin. 1478. et Synod. Chalced. Epist. Synod. ad S. Leonem Tom. II. oper. S. Leon. pag. 283. et Action. II. pagin. 306. Tom. II. Concilior. Edit. ejusd.] Hinc S. Caelestinus Ep. XIII. ad Nestorium num. XI. pag. 1130. Tom. I. Epistolar. Rom. Pontif. Edit. Paris. an. 1721. quod in Nestorium eumdem sanxit, id ab Ecclesia universa sancitum docet. ἀπὸ πάσης τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. Cui quidem ſic aſſenſa Epheſina Oecumenica Synodus est, ut Epistolae ejusdem auctoritate adactam se dixerit, eamdem sententiam in Nestorium ipsum pronunciare. Action. I. pagin. 1422. Tom. I. Concilior. Edit. an. 1714. Nam, ut est a S. Petro Chrysologo Raven. Episcopo ſeculi V. scriptore sane illustri animadversum „ B. Petrus, qui in propria sede „ vivit, et praesidet, praestat quae- „ rentibus fidei veritatem. Nos enim „ pro studio pacis, et fidei extra „ consensum Romanae civitatis Epi- „ scopi cauſas fidei audire non pos- „ sumus „. Epist. ad Eutych. T. II. Oper. S. Leon. pag. 112. Edit. Rom. an. 1755. Petram porro, ac fundamentum Romanos Pontifices et agnosci a Patribus, & praedicari testata res est. Confer quae ſcripſi Epist. I. num. XV. pag. 67. sqq. Feret autem lector, ut uno nunc utar Ennodio Episcopo Ticinenſi teſte. Nam de ceteris ſatis jam me dixisse memini. Is igitur in Apologetico pro Symmachi Synodo Palmari habita initio VI. ſeculi, cui quidem Synodo interfuerat, adverſus Schismaticos scribit hoc modo: „ B. Petrus, peren- „ nem meritorum dotem cum hae- „ reditate innocentiae misit ad po- „ ſteros: quod illi conceſſum eſt pro „ actuum luce, ad illos pertinet, „ quos par conversationis splendor „ illuminat. Quis enim Sanctum „ esse dubitet, quem apex tantae „ dignitatis attollit? in quo ſi de- „ sint bona acquiſita per meritum, „ sufficiunt, quae a loci deceſſore „ praestantur. Aut enim claros ad „ haec fastigia erigit; aut qui eri-

Digitized by Google

n.15. Tunc nos intelligimus vere divinam Scripturam, ait S. Augustinus, cum observamus decreta Ecclesiae universalis, ad quam auctoritas Scripturae nos remittit. *Contra Creſcon. Cap.* XXXI. et XXXIII. (1).

Ita ego, dicit idem Pater, non auderem assentiri iis, quae Papa Stephanus decidit si auctoritas unanimis Ecclesiae Catholicae non me confirmaret in ejus opinione; cui auctoritati cessisset sine dubio etiam Cyprianus, si veritas eo tempore detecta fuisset, et firmata in Concilio universali.' Lib.I. de Baptismo. Lib.II.cap.IV. et VIII. Lib.IV.cap.VI.(2).

S.Paulus restitit sancto Petro, quia Paulus videbat, quod Petrus non ambulabat recte secundum Evangelii veritatem (3). Vide (4) Epistolam ad Galatas Cap. II. v. 11.

„ guntur illuſtrat. Praenoſcit enim, „ quid ECCLESIARUM FUNDA„ MENTO ſit habile, ſuper quem „ ipsa molles innititur „. Tom. I. Oper. Sirmundi Edit. Venetae ann. 1728. pag 977.

(1) Vide Epist. I. nostram n. XVI. pag. 68. sq.

(2) Confer quae scripsi in eadem Epist. n. XVII. pag. 69. sq.

(3) Vetus id argumentum Novatorum eſt. Confer Tertullianum lib. de Praescriptionibus haereticorum cap. XXIII. et lib. IV. contra Marcionem cap. III. pag. 465. Edit. Venetae an. 1744. Id vero quemadmodum a Patribus fuerit ſolutum, oſtenſum a nobis eſt Epiſtola I. num. XVIII. pag. 71. ſqq. Tertullianus autem Praeſcriptionum loco indicato, poſt ubi dixit: Proponi id ab haereticis ad sugillandam ignorantiam Apoſtolorum, ſic eſſe eis respondendum duxit. „ Ceterum si reprehensus eſt Pe„ trus, quod cum convixisset ethni„ cis, postea se a convictu eorum „ separabat, personarum respectu, „ utique conversationis fuit vitiura, „ non praedicationis &c. „

(4) Nimis licenter id quidem.

Paulus, et Barnabas non consuluerunt Petrum, sed Synodum Apostolorum, qui erant Hierosolymis, super quaestione de circumcisione, et obtinuerunt sententiam non Petri (1), sed Synodi integrae in haec verba (2): *Placuit Spiritui Sancto, et nobis. Act. Apost. Cap.* 15. Papa Innocentius III. (3) fa-

Nam quod Apostolos Paulus, ac Barnabas consuluerint, non efficit, quin consuluerint item Petrum, quem cognorant columnam esse, et cujus visendi causa Paulus, Hierosolymam venerat. Confer Tertullianum Ibid. et lib. v contra Marcionem capit. III. ubi „ Ad patrocinium „ Petri, ceterorumque Apostolo- „ rum ascendisse Hierosolymam „ post annos quatuordecim [Pau- „ lum] scribit, ut conferret cum „ illis de Evangelii ſui regula, ne „ in vanum tot annis cucurriſſet, „ aut curreret „.

(1) Quid? Annon erat in ea Synodo Petrus? Annon etiam priore loco dixit sententiam, quam sequuti ceteri fuerunt? Qua igitur fronte Anonymus excludit Petrum? Confer quae scripſi Epiſt. eadem I. n. XIX. pag. 75. sqq.

(2) Petrum item respondiſſe Synedrio scribit Lucas in haec verba: repletus Spiritu Sancto Petrus dixit. Act. Apoſtol. cap. IV. v. 8. et rursum Cap. X. v. 19. Dixit spiritus ei (Petro). Petrus item ibid. cap. XI. v. 12. exponens Chriſtianis ex circumciſione, cur gentiles admisisset ad sacra verae Religionis, loquutus in haec verba fuit: Dixit Spiritus mihi etc. Quid? ſi Petrus controverſiam de circumciſione decidisset, deseruissetne eum Spiritus Sanctus, adeo ut dicere nequiret: dixit mihi spiritus? Profecto qui Spiritu Sancto inſtinctus de deligendo Matthia decrerat. Act. Apoſtol. c. I.: docuerat Judaeos, quid Scripturae de Chriſto ferrent, Ibid. cap. II: declararat, Ananiam, et Sapphiram mentitos fuiſſe Spiritui Sancto c. III.: Principibus Populi, et Senioribus quid facto, creditoque opus eſſet, demonſtrarat. Ibid. c IV: inque plena Synodo, repugnante nemine, delectum se divinitus dixerat, ut gentes ex ore suo Evangelium audirent, et crederent; ſi judicaſſet, viſum fuiſſe Spiritui Sancto, et ſibi, jure judicaſſet. Vide Ep nostram I. num. XIX p. 75. sqq.

(3) Confer Epiſtolam noſtram II. num. I. pag. 81. sqq.

tetur : *ego volo judicari ab Ecclesia de peccatis contra fidem . Serm. 2. de* Consecr. Pont.

Concilium universale Constantiense (1) distincte declaravit hanc viritatem per haec verba : quod illud concilium legitime congregatum in Spiritu Sancto, et repraesentans Ecclesiam universalem Catholicam habet suam potestatem immediate a Jesu Christo ; et quod omnes fideles cujuscumque aetatis , aut dignitatis sint , etiam Papa , sunt obligati ei obtemperare in rebus , quae spectant ad fidem , ad extirpationem schismatis , et ad reformationem Ecclesiae in capite , et in membris ; et quod quilibet etiam Papa qui pervicaciter recusat obedire praeceptis (2) , et ordi-

(1) Legi velim , quae ſcripſi Epiſt. ead. II. pag 89. sqq.

(2) Nae is Anonymus condemnabit Liberium non solum , quod ille Pontifex non paruerit Synodo Ariminenſi, sed quod etiam eam reprobarit. Vide Epiſt. Liberii XIII. T. I. Epiſt. Rom. Pontif. pag. 448. sq. Damaſi Epiſtolam III. ad Episcopos Illyrici [quam refert etiam Theodoritus lib. 2. Hist. Eccles. cap. XXII.] num 2. p. 486. Tom. eod. I. Epiſtolar. Roman. Pontif. ubi rejiciendum id Concilium fuiſſe dicitur , quod ante decrerit , quam tulisset Episcopus Romanus sententiam: οἷ πρὸ πάντων ἔδει τὴν γνώμην ἐκδέξασθαι : *cujus oportebat primum omnium ſententiam reci-pere* : et Epiſtolam Siricii ad Himerium Tarraconensem num. 2. Ibid. pag. 625. Condemnabit item Leonem Magnum non tantum ob reprobatum Ephesinum Conciliabulum , quod aſſensum Dioscoro eſt [Consulto S. Leon Epist. XL. al. XXXIX. ad Theodosium Imperatorem Tom. II. Oper. Edit. Rom. ann. 1755. pagin. 174. sqq. et Ep. XLII. al. XLV. ad Pulcheriam Augustam ibid. pagin. 183. sqq.] sed etiam , idque praecipue, ob rejectum Canonem XXVIII. Oecumenicae Synodi Chalcedonenſis, qui eſt de augendis Conſtantinopolitani Episcopi privilegiis . Verum non Synodi Constantinop. I. canone, quem Orientales Romam mittere ausi non

nationibus hujus Sancti Concilii, et cujuscumque alterius Concilii generalis legitime congregati, convenientibus poenis condemnabitur, nisi se corrigat. Videte ergo mei cari cives, quod Papa ipse obligatur parere Conciliis, quodque ab eis possit puniri, nisi se emendet; et quod non est Judex (1)

fuere; sed vetustatis auctoritate freti Chalcedonenses Patres, ultro confeſſi sunt, infirmum canonem eumdem fore, ni illum Pontifex sua auctoritate firmaſſet. Tom. eodem, pagina 290. Quin etiam Marcianus Augustus, etſi faveret eidem Canoni; tamen libens dedit, eo ipso canone rejecto, ab Leone actum fuisse praeclare. Sed confer, quae fuſius ſcripſi Epist. II. num. II. pag. 89. sqq.

(1) Atqui Synodi Ephesinae plane Oecumenicae, itemque Synodi pariter Oecumenicae Chalcedonensis Patres secus censuere. Prior enim assensa Philippo Legato Sedis Apostolicae fuit ajenti: „ Litteris Sancti, Bea„ tique Papae nostri vobis recitatis „ sancta membra, sanctis veſtris vo„ cibus, sancto capiti, ſanctis etiam „ veſtris exclamationibus vos adjun„ xistis. Non enim ignorat veſtra Bea„ titudo, totius fidei, vel etiam Apo„ stolorum caput eſſe B. Apostolum „ Petrum (Act. II. p. 1471. sqq. T. I. „ Concillor. Edit. Paris. an. 1714.) „ Nulli dubium immo seculis omni„ bus notum est, quod Sanctus, „ Beatiſſimusque Petrus Apostolo„ rum princeps, et caput, fideique „ columna, et Ecclesiae catholicae „ fundamentum a Domino noſtro „ Jesu Chriſto claves regni accepit, „ qui ad hoc usque tempus, καὶ „ ἀεὶ ἐν τοῖς αὐτοῦ διαδόχοις „ καὶ ζῇ καὶ δικάζει et semper „ et vivit, et judicium exercet. „ Hujus itaque secundum ordinem „ Successor, et locum tenens, San„ ctus, Beatissimusque Papa noſter „ Caelestinus &c. Action. III. pagin. 1478. Jam vero his aſſensus Cyrillus Alexandrinus, Synodi nomine, dixit „ Perspicue ea percepta esse ab Sancta Synodo; Le„ gatosque laudavit, qui exequuti „ eſſent, quae a Caelestino definita „ jam fuerant. (Act. 3. p. 1479.) Quid? ſi ipsa Synodus, ut monui, in sententia depositionis Neſtorii Action. I. pagin. 1422. scripserit: ἀπὸ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ ἁγιωτάτου πατρὸς ἡμῶν, καὶ συλλειτουργοῦ Κελεστίνου adſtrictam se dicat fuisse in eam sententiam venire? An

superior, et infallibilis credentium. Papa Eugenius, quemadmodum nos legimus in codice diplomatico Godeni Tom.II. pag.290. pariter declarat, subiicere se libenter ordinationibus Concilii Constantiensis, sicut et aliis Conciliis Oecumenicis (1).

Papa Silvester animadvertit, id ego pro semper dico, quod ipse Pontifex Romanus, si peccat contra fratrem suum, et non auscultat Ecclesiae, post unam, et alteram admonitionem, talis, inquam, Papa Romanus, secundum praeceptum Domini, debet teneri pro ethnico, et publicano. In Epistola ad Seguinum Archiepiscopum Senonensem (2).

Possem ego vobis citare plura testimonia hujus generis etiam Paparum, nisi mihi proposuissem evitare

idne umquam dixisset, ni ei persuasum plane fuisset, Pontificem *Judicem* eſſe superiorem credentium? Age vero in Epistola Synodica ad Caelestinum, nonne Patres Synodi ejusdem consentaneos se esse professi sunt iis, quae ab eo definita fuerant contra Pelagianos? T. I. Epistolar. Romanor. Pontific. num.6. pag.1175. De altera autem Synodo, hoc eſt de Chalcedonenſi, quid dicam? quae ut supra demonſtratum eſt, in Synodicis suis litteris: *custodem* eſſe Pontificem *vineae* a Christo Domino conſtitutum, testata fuit; ac interpretem in omnibus vocis B. Petri, adeoque praefuiſſe eum Episcopia in Synodum congregatis uti caput membris? Idem porro sensere Synodus Oecumenica VI. Act.IV. T.III.Conc. pag. 1082. et p. 1632. et Syn. VII. Act. II. T. IV. p. 79. sqq et p. 102. et 103. quo loco Patres profeſſi ſunt, se litteras Hadriani Papae sequi, atque suscipere. Mitto ceteras, ne sim longior, quam oportet.

(1) Vide Epistolam noſtram II. num. III. pag. 93. sqq.

(2) Confer eamdem Epistolam II. noſtram num. IV. pag. 95. sqq.

diffusionem (1) . Papa Gregorius Magnus omnium loco testimonium sane sufficiens dedit , quod titulus Episcopi universalis non competit Papae , et quod omnes Episcopi sunt aequales confratres Papae in suo munere (2) : et non potest dici plus aliquid iis , qui non assentiuntur opinioni Sancti Gregorii , quam illud , quod S. Bernardus in libro v. de Consideratione dixit Papae non minore libertate , quam claritate his verbis (3) . *Considera solum , quod S. Ecclesia Romana , quam tu Dei dispositione gubernas , est mater aliarum Ecclesiarum, et non jam earum gubernatrix : quod tu non es supremus dominus Episcoporum , sed eorum*

(1) O hominem suavem! Plura dicit , sed ne unum quidem habet, quod indicet . Vetus haec ars novatorum est . Caelestius plures se sanctos audiſſe affirmavit . Rogatus efferre nomina ; unum , eumque errantem, ut Gerbertum Anonymus , nominavit . Confer S. Auguſtinum lib. II. contra Pelagium , et Caelestium de Peccato Originali cap. III. pag 170. Edit. Antuerp. ann. 1700 Severiani in Collatione, quam sub Justiniano an. 533. cum catholicis habuere plures et jactarunt teſtificationes Patrum , et nominarunt , at omnes vel dubias , vel confictas fraude . Vide Tom. II. Concilior. Edit. Paris. an. 1714. p. 1162.

(2) Quam falso Gregorium Magnum Anonymus appellet suae opinionis teſtem, oſtendi Epiſt. II. n. v. pag. 99. sqq.

(3) *Fallacia alia aliam trudit* Anonymus. *Ita huc paratus advenit . Verum isne impune hoc faciat ; hominesque imperitos rerum , eductos libere, in fraudem illiciat?* Etſi Patrum loca perturbavit omnia , plebem ut incautam falleret , ſenſitque jam ſuas fraudes, dolosque patere ; defatigatus tamen non est , quare ſecum ſic ſtatuit : *Hac non ſucceſſit, alia aggrediemur via* . S Bernardum ſibi finxit , patronum fore . At mihi verba dari non patiar . Jam plane demonſtravi Epiſt. II. num. VI. pagin. 103. ſqq. eum eſſe tanti Doctoris judicio condemnandum .

coepiscopus , frater omnium diligentium Deum , et socius omnium eorum , qui timent Dominum . Petrus non legavit tibi nisi quod habuit , hoc est curam Ecclesiae ; sed non dedit perinde tibi dominationem . Audi , quod ille ipse dixit : non dominantes in haereditate , sed forma facti sincera nostri gregis . Atque ut ne tu putes , scriptum id esse humilitate , et non secundum veritatem , audi vocem Domini in Evangelio . Reges gentium , dicit ille , dominantur super eos , et ii , qui auctoritatem super eos habent , existimantur benefici : et adjungit ; sed apud vos non debet sic esse . Est id igitur clarum , et dominatio est interdicta Apostolis . I ergo , et tibi usurpa aut dominans Apostolatum , aut Apostolicus dominatum . Si tu vis habere utrumque , perdes utrumque : et non oportet contendere , quod Deus te exceperit e numero , cum ille queratur de certis quibusdam hominibus dicens : *regnaverunt , sed non per me ; gesserunt se sicut principes , et id me nescio . Si est utile regnare sine Deo , habebis gloriam , sed non apud Deum . Lib.*II. *Cap.*VII.

Vos hinc intelligitis , mei dilecti cives , quo sensu Papa potest appellari caput Ecclesiae ; nam heic comparatio cum capite corporis humani non potest habere locum . Quando tale caput est (1) prostra-

[1] Jam ſine *viſibili* capite *viſibilem* Ecclesiam , seu acephalam conſiſtere putat poſſe . Quid autem eſt , niſi hoc schiſmaticum , haereticum-

tum, certum est, quod totum corpus est eversum. Nam hoc (1) ab illo (2) recipit spiritus vitales. Ecclesia autem non est inspirata a Papa; sed a Jesu Christo, scribunt Patres Basileenses ad Papam Eugenium; nec debet comparari cum aliis statuum, civitatum, et societatum corporibus, quia Jesus Christus est in hujus corporis medio, et illud *gubernat*, *ne erret* (3).

Papa igitur non est caput dominans, sed caput, cui onus incumbit conservandae unionis, et (caput) quod habet suam vim, suam soliditatem, et suum fulcimentum ab Ecclesia (4), ut monet Xystus III. Epistola X. ad Episcopos Illyrici.

que eſt? Sed de hoc Anonymi errore diſputatum a nobis eſt Epiſtol. II. num. VII. pag. 113. ſqq.

[1] *Corpus*.

[2] *Capite*.

[3] Vide, quae ſcripſimus Ep. II. num. VII. pag. 121. ſqq.

[4] De Xyſti litteris egimus Epiſtol. II. num. VIII. pag. 124 ſqq. planeque oſtendimus, qua fide Anonymus affirmarit, eas ſibi ſubſidio eſſe poſſe. Hoc animadverti nunc, velim: Pontifices quidem Romanos et praeſediſſe Eccleſiis jam inde a primis nominis Chriſtiani temporibus, et unitatis centrum fuiſſe, et auctoritate tanta praeſtitiſſe, ut omnem Ecclesiam ad Romanam convenire *neceſſe fuerit propter potiorem principalitatem*, ut eſt ab Irenaeo S. Polycarpi, qui Johannem Apoſtolum audivit, diſcipulo traditum in III. advers. haereſes libro cap. III. utque perſuasum fuerit Orthodoxis, illum, qui *cum ea colligere recuſaret*, *ſparſurum*. Ecqua autem Synodus decrerat, ecquae Ecclesiae sanxerant, ecqui Patres censuerant, id juris fuiſſe ab Ecclesia universa Romanae, ejusque Pontifici datum? Profecto ſi quod ejusmodi decretum, ſi qua ſanctio, ſi quod teſtimonium ejusmodi tam vetus, tam grave, tam ad rem chriſtianam publicam omnem pertinens extitiſſet; ejus saltem aliqua memoria propagata ad haec usque tempora fuiſſet. At fingi ea memoria ab Anonymo, a Febronio, ab aliis Marci Antonii de Dominis ſymmyſtis poteſt; offendi autem, ac

Digitized by Google

V. Facite, ut intelligamus, cives dilecti mei, vеs-

reperiri [cum ejus ne veſtigium quidem extet] in majorum monumentis non poteſt. Origo ſcilicet, vis, ſoliditas, fulcimentum auctoritatis Papae, ut conſtans fert Patrum, perpetuaque doctrina, a Chriſti ſervatoris inſtitutione repetenda eſt, dicentis Petro: *Tu es Petrus &c.* & *pasce oves meas &c.* Id enim auctoritatis Petri, ut traditio poſtulat, in Pontifices manavit jure ſucceſſionis, cujus vis tanta est, ut inde Romana & habeatur, et ſit reipſa principalis Ecclesia, et Petri ſedes, & Petra, quam vincere inferorum portae nequeant. Sanctus Ignatius Martyr Johannis Apoſtoli auditor initio suae Epiſtolae ad Romanos προκάθεται, inquit, *praeſidet Romana Eccleſia*, quam προκαθημένην *praeſidentem* vocat, et illuminatam ἐν θελήματι IN VOLUNTATE Jeſu Chriſti. Tom. II. Apoſtolicor. Patrum pagin. 189. ſq. Edit. Londin. an. 1746. Audin! in *voluntate* Jesu Chriſti. S. Irenaeus l. c. pag. 175. Tom. I. oper. Edit. Venetae an. 1734. *maximam* vocat, ut vidimus Ep. I. pag. 4. ſq. et *antiquiſſimam*, et omnibus cognitam Romanam *Eccleſiam*. Habere „ eam ab Apoſtolis tra„ditionem per ſucceſſiones Episcopo„ rum pervenientem usque ad nos, „ quam indicantes confundimus eos „ omnes, qui quoquo modo per ſibi „ placentia, vel vanam gloriam &c. „ praeterquam oportet, colligunt. „ NECESSE autem eſſe omnem Ec„ clesiam, hoc eſt omnes qui sunt un„ dique fideles ad Eccleſiam hanc, „ *Romanam ſcilicet*, convenite ob „ potiorem principalitatem „. Non ergo aliunde, ſed ex ſucceſſionis jure, cui credita traditio a Petro fuerit, *vis* Pontificiae auctoritatis, *ſoliditas*, *fulcimentum* repeti, teſte Irenaeo, debet: cujus quidem successionis tanta habenda ratio eſt, ut proposita ejus doctrina, *confundantur*, qui, praeterquam oportet, colligant, ut qui sint ſtudiosi novarum rerum. Quid? si orthodoxum dogma propugnatum adversus Cataphrygas seculo II. ab Catholicis strenue, ferat; *poteſtatem* divinitus datam Petro, in Petri *propinquam Eccleſiam permanaſſe*? Quod ſi contra senſit Tertullianus, parvi refert. Nam is ad Cataphrygas transfugerat, ac poſteaquam debacchatus in *Pontificem Maximum*, *Episcopumque Episcoporum* lib. de pudicitia cap. I. fuerat, tum *poteſtatem* Petri *perſonalem* fuisse mentitus est, neque propagatam in Succeſſores. Ibid. cap. XXI. Cum autem illud dogma commune tunc constet fuisse catholicorum, quotus quisque catholicus nunc eſſe poterit, qui audeat dicere, *poteſtatem* clavium manasse in Ecclesiam *propinquam* Petri consensu Eccleſiae, non *inſtitutione* Chriſti? Quod ſi ea an-

tros ſcrupulos, difficultateſque, quas poteritis habere.

ctoritas in Succeſſores propagata non fuiſſet, qui tandem ἀρχαιοτάτη *prae-cipua* Eccleſia habita fuisset [Vide Originem apud Euseb. Hist. Eccles. lib. VI. cap XIV. p. 238. Edit. Taurin. an. 1740. Valesius τὸ ἀρχαιοτάτην in *antiquiſſimam omnium* vertit. At *omnium antiquiſſima* dici nequit, quae poſt Hieroſolymitanam, et Antiochenam, fundata eſt. Principalem quidem certe Romanam Cyprianus vocat ob Petri Cathedram. Epiſt. LIX. al. LV. ad Cornelium pagin. 135. Edit. Oxon. an. 1682. *indeque unitatem Sacerdotalem exortam* scribit. Quid? Unitatis Sacerdotalis origo accepta referenda Eccleſiae eſt, non Ecclesiae fundatori Christo? aut Ecclesiae juſſu Petrus Cathedram locavit Romae? Jam vero a Pontifice Petri locum teneri, idem eſt teſtis Cyprianus Epiſt. LV. al. LII. ad Antonianum pagin. 104. eumque, qui Petri locum teneat, Succeſſorem eſſe ut Fabiani, ita B. Petri ostendit, Epist. ad Antonian. ibid. & Ep. LXVIII. al. LXVII. ad Stephanum pag. 177. & pag. 179. Qua ex re sequitur, ut ſucceſſione Pontifex *principalitatem* obtineat *Cathedrae Petri*. Id quod Stephanus idem docet, de quo Firmilianus Caesareae Antiſtes III. eodem seculo haec litterarum mandavit monumentis: *Per ſucceſſionem, Cathedram Petri ſe habere praedicat*. (Firmil. Ep. apud Cyprianum LXXV. pag. 225.) Neque vero id ille Stephano negavit; etſi ab eo de Baptismo haereticorum docente diſſideret. Quam vero de poteſtate Petri Cyprianus egregie senserit, perspici ex ejus libro potest, qui est de unitate Ecclesiae, pagin. 106. sq. et ex Epist. LXI. ad Quintum pag. 194. Age autem annon Patres satis oſtenderunt, Succesſionem Pontificum quanti penderent, Petri causa? Hegeſippus apud Euseb. lib. IV. Hist. Eccl. cap. XXII. p. 155. Edit. Taurin. Irenaeus l. c. Auctor Carmin. contra Marcion. secundo seculo, eam ob rem, seriem eorum dedere. Memoravit eamdem Tertullianus tertio, et quarto Eusebius, Auctor catalogi Liberiani, Optatus Milevitanus, Auguſtinus, aliique deinceps, quos ne nominare quidem vacat. Optati locum descripſi Epist. I. numer. VII. pag. 18 sqq. De S. Augustino confer quae disputavimus ibid. num. XI. pag. 30. sq. et num. XIV. pag 58. not. 6 et n. XVI. p. 68. sqq. Atque ejus quidem Succeſſionis ergo S. Hieronymus ad Damasum Papam confugit, hoc est ad *Piscatoris Succeſſorem*: *ac beatitudini*, inquit, *tuae, ideſt Cathedrae Petri communione consocior, ſuper illam Petram aedificatam Eccleſiam scio &c.* Epistol X. Damas. Tom. I. Epistolar.

Digitized by Google

Confundent forsitan vos tituli attributi Pa-

Rom Pontif. pag. 546. An Ecclesia sese super illam petram; non Chriſtus Ecclesiam aedificavit. Quid hoc dici potest absurdius? Jam cum omnes Patres, ac Synodi, ut oſtendi in prima Epiſtola, ita senserint, credibile ne eſt, Romanos Pontifices contra sensisse? Et Anonymus tamen adeo impudens eſt, ut hos non dubitarit teſtes appellare opinionis pravae ſuae. Ego vero ejus audaciam repressurus, quid hi ſenſerint, litterarumque mandarint monumentis, demonſtrabo brevi. Vidimus de Stephano. Mitto alios, qui idem censuere. Ad Innocentium I. venio. Is Petrum, ejuſque successores nominat, ſtandumque aſſirmat eorum inſtitutis. Epiſt. xxv. n. 11. sq. pag. 856. Idem xxix. Epiſt. ad Synodum Carthag. n. 1. pag. 888. Tom. 1. Epiſtolar. Rom. Pontif. *Scire* Epiſcopos scribit, *quid Apostolicae Sedi debeatur*. Eam sequi idem esse ac sequi „ Apoſtolum, a quo „ ipse Episcopatus, ac tota auctori „ tas nominis hujus emerſit. Divi- „ na sententia decretum eſſe, nil ut „ finistur, niſi ad ipſum referatur, „ ut tota ejus auctoritate, justa „ quae fuerit pronunciatio firmetur, „. Eodem recidunt, quae, Epiſt. xxx. ad Synodum Milevitanam, complexus eſt, num. 2. pag 896. Confer etiam Epiſt. xxxiv. ad Hieron. pag 907. Zoſimus Epiſt. xii. ad Aurelium etc. pag. 974. quae ſit auctoritas Petro data a Chriſto meminit, paremque poteſtatis conceſſam conditionem in eos, qui Sedis haereditatem ipso annuente, meruerint, docet. Haud secus scribunt Bonifacius I. Epiſt. ad Rufum, et ceteros Episcopos etc. T. 11. Concil. p. 1125. Edit. Paris. an. 1714. ubi „. Manet, inquit, Bea- „ tum Apoſtolum Petrum, per sen- „ tentiam Dominicam, Universalis „ Eccleſiae ab hoc sollicitudo su- „ scepta; quippe quam, Evangelio „ teste, in se noverit eſſe funda- „ tam; nec umquam ejus honor va- „ cuus esse poteſt curarum, cum „ certum ſit, summam rerum ex „ ejus deliberatione pendere. Quae „ res animum meum usque ad orien- „ tis loca, quae per ipsam sollicitu- „ dinem quodammodo videmus, ex- „ tendunt etc. Caeleſtinus I. Epiſt. „ ad Perigenem etc. Ibid. pag. 1128. ubi „ nos, inquit, praecipua circa „ omnes cura conſtringimur, quibus „ necessitatem de omnibus tractan- „ di Chriſtus in Sancto Apoſtolo, „ cum illi claves aperiendi, clau- „ dendique daret, indulsit, et in- „ ter Apoſtolos ſuos, non qui altero „ eſſet inferior, sed eum maxime, „ qui eſſet primus, elegit „. Praetereo SS. Leonem Magnum, Gelaſium, Symmachum, Hormisdam, alios, quorum egregia sunt hac de re teſtimonia, ne plus nimio longus videar.

pae hisce temporibus. Usque ad Seculum nonum Episcopi scribebant ad Papam ut ad suum fratrem (1). Gregorius Magnus non potuit aequo animo ferre Episcopos uti verbis: *Jubete*, et *Episcopus universalis* (2) relate *ad* suam personam. Appellabat ille ipse quemvis Episcopum (titulo) *Sanctitatis vestrae*; et antiquitus dabatur Episcopis titulus *Papae*, *Summi Presbyteri*, *Vicarii Jesu Christi*, *vestrae Sanctitatis*. Vide P.Mamachi *Origin. Ecclesiasticar. Tom.IV. pag.*304..

Non fuit, nisi Gregorius IV. qui recessit a stilo Gregorii Magni, et qui noluit amplius appellari frater, sed Pater Episcoporum (3). Vide Bibliothecam Patrum Maximam Tom.xiv. pag.315. Ex eo autem, quod Episcopi ipsi coeperint medio aevo scribere: *Dei*, et *Apostolicae sedis gratia Episcopus*, nihil aliud demonstratur, quam quod boni ipsi Episcopi solum habuere stilum alium, aliaque motiva, sed non plus scientiae, quam habuerint Apostoli, quorum Epistolae, ut nos in sacris litteris videmus, non incipiunt ullo modo his verbis: Paulus, Judas, Jacobus, Johannes *Dei*, *et Apostolicae Sedis gratia Episcopus* (4).

(1) Vide Epistolam II. noſtram num. IX. pag. 109 sqq.

(2) Confer Epiſt eamdem noſtram num. eod. pag. 139. sqq.

(3) Vide Epiſtolam II. noſtram num. X. pag. 144. sqq.

(4) Confer Epiſtolam noſtram III. num. I. pag. 151. sqq.

Digitized by Google

Novi probe, quid vobis hic talis, aut alter dicet in aure. Exempli gratia, interrogate (*dicet*) Auctorem (*hujus opusculi*) an Salvator non dixerit soli Sancto Petro, tu es petra (1), et super istam petram ego aedificabo Ecclesiam meam, et tibi dabo claves caeli. Simon Johannis diligis me plus his? Pasce agnos meos, pasce oves meas.

Dicite tali, cives mei; Auctor, ut homo honestus (2) non loquitur in aure libenter; sed ut non possit interea quisquam conqueri, quod nimis alte loquatur, efficit, ut loco sui loquantur Sancti Patres (3).

Loca Patrum, quae indico, non exigunt, ut comprehendantur, peculiarem eruditionem (4). Ne patiamini ergo, dilecti concives, humiliari vos adeo sinere, quasi haec loca pro vobis facta non sint, sed unice pro doctis. Ego jam dixi, quod si vos bono polletis sensu, et bona voluntate, vos estis satis docti. Et non possunt ergo facile ad lit-

(1) De hac re diſſeruimus Epiſt. XII. num. II. pag. 156. ſqq.

(2) Heus tu, egone tibi Metel. Numidicum eſſe te jactitanti credam, cum ſis Cervius? Verum hoc ſtudioſorum novitatis aetate demum noſtra commune eſt, ut fidenter honeſtos ſe homines appellent, dum circumvenire incautos ſtudent falſidicis ſallaciis.

(3) Tune mihi Patres memoras, quos jam demonſtrarim adverſarios eſſe, atque inimicos tibi? Sed facis tu quidem quod „ ſeditioſi cives „ ſolent, cum ex antiquis claros „ viros proferunt, quos dicunt fuiſſe „ populares, ut eorum eſſe ſimiles „ videantur, horumque nominibus „ tot virorum, atque tantorum ex„ poſitis, eorum ſe inſtitutum ſe„ qui dicunt. Cicer. in Lucullo cap. v.

(4) Confer Epiſt. noſtram III. num. II. pag. 157. ſqq.

teram comprehendi loca illorum Sanctorum Patrum, qui dicunt, quod nomine *petrae*, *supra quam est aedificata Ecclesia* intelligitur fides, vel confessio, quam fecit Sanctus Petrus de divinitate Jesu Christi? Vide Historiam Ecclesiasticam Patris Alexandri Natalis Tom. VIII. pag. 375. Edit. Paris. (1), ubi sunt nominati Papae Romae, qui huic explicationi consentiunt. Sunt multi Sancti Patres, qui petrae, seu rupis nomine intelligunt ipsum Jesum Christum; et denique pars alia Interpretum sanctae Scripturae, quae considerabilior est, dicit, quod sicut Sanctus Petrus dedit testimonium publicum divinitatis Christi, nomine omnium aliorum Apostolorum; verba Salvatoris fuerunt directa pariter ad S. Petrum, ut exhibentem omnes alios Apostolos, et capita Ecclesiae, et consequenter etiam ad illos (2).

Sunt perinde aliquot Interpretes Sanctae Scri-

(1) Natalem Alexandrum partes fuisse sequutum ſuae gentis plurium Theologorum, facile patior. At is eadem, quam Anonymus laudat Dissertatione IV. secul. XV. et XVI. §. V. num. XXXII.: „ fatetur Petrum in praemium confessionis „ accepiſſe primatum Apoſtolici Collegii, et Eccleſiae totius sub Chriſto praefecturam, his verbis „: Tu es Petrus etc. „ Additque: Nemo Pariſienſium Theologorum, nemo Catholicorum negat, Sancto Petro vere, et proprie factam eſſe promissionem de aedificanda super ipsum Eccleſia, et tradendis clavibus regni caelorum, ut docet S. Joh. Chryſoſtomus; et vere, proprie, immediate claves illi a Chriſto datas, et Ecclesiae paſtorem, et caput constitutum, et universo terrarum orbi a Chriſto praepoſitum. Sed omnia Natalis loca describere si vellem, Anonymum profecto obruerem.

(2) Vide Epiſtolae noſtrae III. num. XI. pag. 157. sqq.

pturae , dicit Bossuetius Episcopus catholicus , et doctus , qui intelligant haec verba : et *portae inferi non vincent etc.* de Sancto Petro (1) . Sed non sunt , nisi pauci ; at nos possumus citare fere mille pro nostra interpretatione . *Defens. Cleri Gallic. Lib.* xv. Cap.xxxiv. (2) . Equi-

[1] Confer Epiſtolam noſtram tertiam num II. pag. 181. sqq.

[2] Non lib. xv. ſed P. III. lib. x. cap. xxxiv. ,is , quisquis ſit, Auctor Defenſionis Declarat Cler. Gallic. p. 437. Edit. Leod. a. 1768. T. 18. Verum ille non negat , Petrum eſſe conſtitutum petram , sed paucos eſſe ait , qui censeant , *Tò* portae inferi non praevalebunt adversus eam, non de Eccleſia solum, sed etiam de Petra intelligi oportere . Itaque praevalere portas inferi in Petram poſſe concedere videtur, ac pro sua sententia mille se pro uno poſſe recenſere affirmat. Quod quam inaniter pronunciet, ex Patrum , quae in Epiſt. I. et III. produximus, locis conſtat. Addit porro Auctor: „ docuiſſe quidem ſe, „ quo sensu Petra ipsa miniſterialis, „ SedesqueApoſtolica Eccleſiarum ca- „ put everti nequeat , vi ſcilicet ipsa „ toti Eccleſiae corpori a Chriſto pro- „ missa „ . Quid ? Si paullo ante ſcripſerit : „ vim quidem ipsam in- „ victam , et inconcuſſam in eo eſſe, „ qui Petra principalis , et angula- „ ris eſt , nempe in Chriſto ; neque „ tamen negandum esse , in ipsa mi- „ niſteriali petra VIM ESSE MA- „ XIMAM ILLAM QUIDEM , „ AC PRAECIPUAM , sed tamen „ partialem , ita ut totum ipsum „ parti praevaleat „ . Jam quod de *praecipua vi , atque maxima* confitetur , teneo ; cetera quae adiicit , de toto , et parte ejusmodi sunt ; quae etſi nobis non probantur , cum tamen decisa nondum ſint , tum refelli in vinculo pacis solent . Pagina denique superiore hoc eſt 436. Auctor idem fatetur „ . Petrum , „ ejusque vice Romanos Pontifices „ Petri succeſſores ita conſtitutos eſſe, „ ut illud officium , ille magiſtra- „ tus , illa poteſtas ad unitatem „ movens fidei , ſit Eccleſiae funda- „ mentum , neque tolli ab Eccle- „ ſia , aut ulla umquam vi labeſa- „ ctari poſſit „ . Videat nunc Anonymus , qui suum celavit nomen , ut Scriptorum impune pervertere ignotus queat sententias , num illud oblici ipſi jure debeat :

„ Heus tu ,
„ Quidam ait , ignoras te ? An ut
„ ignotum dare nobis
„ Verba putas ?

Equidem confido fore, quod vos non me torquebitis amplius circa claves caeli, cum vobis superius loqui fecerim Sanctos Patres (1).

Denique S. Ambrosius nos expedit ab eo, quod attinet ad oves creditas Sancto Petro, dum scribit: Dominus repetiit ter haec verba: *pasce oves meas. Et quales oves, qualem gregem S. Petrus tunc recepit?* Illas; *quarum onus suscepit eodem tempore nobiscum, et quarum nobiscum illi onus impositum fuit eodem tempore. S. Ambros. Lib.* II. *de Dignitate Sacerdotum. Cap.* II. *et seqq.* (2) et S. Augustinus idipsum dicit: *Haec oratio: pasce oves meas: respicit omnes* (3).

Hic textus Sancti Lucae Cap. XXII. 32. *Sed ego rogavi pro te, ut non cesset fides tua:* nil aliud demonstrat, quam quod Salvator rogavit pro Petro, ut suam fidem conservaret etiam in suo lapsu, et consequenter, cito erigeretur, et roboraret alios Apostolos in ipsorum fide (4).

Ex hoc non potest adhuc fieri ulla conclusio pro infallibilitate, cum hae sint res diversae

(1) Confer, quae scripsi Epiſt. III. num. II. pag. 156. sqq.

(2) Vide eamdem Epiſt. III. pag. 185. sqq.

(3) Ibid. pag. 187. sqq.

(4) Consule Epiſtolam eamdem noſtram num. IV. pag. 191. sqq. ac si vis etiam, Defensorem Declarationis Cleri Gallicani Part. III. lib. X. cap. III. sqq. pag. 355. sqq. et cap. XXXV. pag. 438. sqq. perspiciesque, quam is catholicus, doctusque Scriptor ab Anonymi laudatoris sui novo genere doctrinae dissideat.

ab eo, quod aliquis sit infallibilis in judicio fidei, et non possit apostatare; id, quod quisque probus Christianus potest sperare a misericordia (1) Dei.

Sed dicetis mihi: Episcopi ubique debent auctorizari a Papa. Potestas igitur Episcopalis a Papa provenit, atque ita potestas Papae est major, quam illa unius Episcopi.

Dilecti concives: ordinationes, et auctorizationes Episcoporum fiebant in antiqua Ecclesia eodem tempore, et solum in Concilio Archiepiscopali. Hoc non fuit, nisi XIV. (2) seculo, quo separata fuit ab ordinatione auctorizatio, et pedetentim cu-

[1] Vide Epiſt. noſtram III. num. IV. pag. 191. sqq.

(2) Itane vero? An primis seculis praeſcriptum non erat, ut omnes Episcopi „ Eccleſiae Catholicae ra- „ dicem, et matricem agnoscerent, „ ac tenerent; ac Epiſtolae fiebant, ut univerſi Episcopi Pontificem Romanum, ejusque communionem, „ id est catholicae Eccleſiae unita- „ tem tenerent? S. Cyprianus Epiſt. „ XLVIII. al XLV. ad Cornelium „ pag. 91. Edit. Oxon. an. 1682. Fuit id quidem auctorizationis quoddam genus, ut qui Episcopi, tales ab eodem Romano Pontifice ducerentur, iidem Episcopi exiſtimarentur, et legitimi eſſent; qui secus, ii nec agnoscerentur, nec eſſent. Quae res ne ethnicos quidem latuit Imperatores. Quare Aurelianus Auguſtus an. circ. 270. ut eſt apud Eusebium in Hiſt. Eccl. cap. XXX. rogatus, ut Paulum Samosatenum pelli ex Episcopio, illudque Domno attribui juberet; illud quidem ei concedendum edixit, cui Episcopi Italiae, et *Romanus Episcopus* scriberent. Quotus autem quisque putet, *auctorizari* non oportere a Pontifice Romano eos, quos ipse, ut antiquitas postulat, possit, ni recte se gerant, deponere? Confer S. Cyprianum Epist. LXVIII. al. LXVII. ad Stephanum n. 3. T. I. Epistolar. Rom. Pont. pag. 213. et S. Damas. Epist. XIV. num. 1. sqq. pag. 571. sqq. Sed de auctorizatione alias. Vide Epist. nostram III. num. 5. pag. 196. sqq.

ria Romana sibi potuit arrogare ordinationem, auctorizationem, et translationem Episcoporum. Vide Van-Espenium P. 1. Tit. 15. cap. I. Thomassinium P. II. Lib. 2. cap. XLII. num 8. (1).

Hanc usurpationem consequutae mox plures aliae fuerunt; ut restituere Episcopatus, eosque partiri, novos erigere Episcopatus, deponere (2) Episcopos, eo-

[1] De Thomassinio confer, quae scripſi Epist. III. n. VI. p. 203. sqq. Van Espenium plura pervertentem, atque miscentem, suoque arbitratu fingentem, non moror. Quid? Eumne ego audiam, quem ſtudio rerum novarum concitatum sciam; Patres non audiam? Ceterum ne ille quidem eo in loco, quem Anonymus indicat, quidquam in Romanum Pontificem *usurpatione* manasse dicit. Quid usus ferret, quid etiam status Ecclesiasticus olim posceret, Van-Espenius memoravit. Meminit item mutationis disciplinae. Exemplum Stephani V. attulit, qui Lingonensem Episcopum rite electum consecravit, etiamſi Lugdunenſis Archiepiscopus, eum consecrare recusasset. Id factum animadvertit, non usurpatione quidem, a Stephano, sed jure, ut qui *coactus fuisset pertinacia Lugdunenſis*. Adjunxit: *ſicut Episcoporum confirmationem, ita & conſecrationem ad Pontificem devolutam eſſe*; usurpatione vero devolutam ad Pontificem non item adjunxit. Concilii denique Tridentini mentionem fecit, statuentis in electos Episcopos, qui *confirmatione confiſi*, *consecrationem* differre non dubitarent, ut *munus consecrationis intra tres menses susciperent*. Ecquid autem in his est, quod fidem Anonymi non deſideret?

(2) Tamne fidenter? Afferat Anonymus majorum teſtimonia, ſi poteſt. Nullum affert. At Anonyme:

Dic aliquid dignum promiſſis: incipe: nil est.

Verum, *o bone*, *ne te fruſtrere*, scito: vel quarto ipso seculo tam ſuisse id jus Pontificis pervulgatum, ut Orientales a Damaso Papa Timothei depositionem de Episcopatu poſtularint. Damasus autem sic ad eos rescribendum duxit: „ *Quid depoſitionem a* „ *me* παρ' ἐμοῦ *vursum* πάλιν „ *poſtulatis* ζητεῖτε, qui et heic „ *judicio Sedis Apoſtolicae* κρίσει „ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας, „ Praesente etiam Petro Alexandri„ nae Urbis Episcopo, depositus eſt „ una cum Magistro sno Apollina„ rio? Epist. XIV. Damasi ad Orien-

rumque acceptare resignationes (1); atque ita, illud, quod Concilia Archiepiscopalia consueverunt disponere cum consensu summi Principis, evasit privilegium Papae. Res inde adeo longe progressa est, ut Archiepiscopi, et aliqui Episcopi ausi non fuerint omnino exercere potestatem, quam ipsi immediate a Deo acceperant, antequam id impetrassent a Cancellaria Romana, praestando peculiare quoddam fidelitatis Sacramentum (2); et numerata pecunia obtinuissent id quod pallium (3) appellatur, quod olim vestis genus ceremonialis ornatus erat ab Imperatoribus datus.

Ecclesia (4) ignoravit hunc abusum per plura secula, quemadmodum jam multa secula effluxerant, antequam Pontifices ausi essent invadere in jura Episcoporum, et reservare sibi quasdam absolu-

tales num. 3 pag. 574 T. I. Epist. Rom. Pont. Edit. Paris ann. 1721. et apud Theodoritum lib. v. Hiſtoriae Ecclesiasticae cap. x. Sed de reſtitutione, divisione, inſtitutione Episcopatuum, deque Episcoporum confirmatione, depositione &c. egimus in Epistola noſtra III. n. VIII. p 208. sqq. et num. VIII. pag. 222. sqq.

(1) Vide Epist. noſtram III. numer. VIII. pag. 222. sqq.

(2) Vide Epistolam eamdem noſtram num. IX. pag. 225. sqq

(3) De hoc item egi Epist. ead. num. X. pag. 227. sqq.

(4) Adeone in tenebris constitisse Eccleſiam quisquam ſine injuria summa putet, ut ignorarit, abusu, an rite id Pontificea fecerint? *Columnane*, atque *firmamentum veritatis*, qualem Eccleſiam affirmat eſſe Apoſtolus, ita implicatam errore fuiſſe, ut abuſum diu non agnorit, aut pro non abuſu habuerit, credam? Sed quam erret Anonymus, his de rebus disputans graviter, oſtendi Ep. III. num. XI. pag. 231. sqq.

tiones, dispensationes, decisiones, appellationes (1), et distributionem beneficiorum; (2) presertim cum eae pretensiones statim fuerint declaratae nullae a Conciliis, et ab Episcopis (3) particularibus. Fleurius, Thomassinius, Petrus de Marca, Alexander Natalis, qui omnes fuerunt homines probe catholici, et docti, idipsum copiose probant. Et hoc est pariter, concives mei, quod accidit in canonizationibus, (4) et confirmationibus ordinum Ecclesiasticorum (5).

N 3

(1) Confer Epiſt. eamdem noſtram num. XI. pag. 234.

(2) Vide eamdem Epiſt. num. XII. pag. 249. sqq.

(3) Epiſt. ead. num. XII. pag. 252. sqq.

(4) Ibid. num. XIII. pag. 264. sqq.

(5) Ibid. num. XIV. pag. 272. sqq. Cuinam vero id juris competet, ut eos pro universa Eccleſia approbet, confirmetque Ordines, niſi ei, qui Doctor, qui Magiſter, qui Paſtor, qui Gubernator omnium Eccleſiarum conſtitutus divinitus eſt; qui cathedram tenet Principis Apoſtolorum, Eccleſiamque Principalem regit, unde unitas Sacerdotalis exorta eſt; quaeque radix eſt, et matrix catholici nominis, et totius orbis Chriſtiani vertex, atque Eccleſiarum toto orbe diffuſarum velut caput ſuorum membrorum, et unde in orthodoxos omnes venerandae communionis jura dimanant; qui sane Paſtor ceteris Episcopis praeſidet, praeeminetque in specula paſtorali celſiore faſtigio, eſtque in specula conſtitutus a Deo, ut sanciat observanda; et cujus cura se per omnia, qua nomen Dei praedicatur extendit etc. etc., ut semper, ubique, ab omnibus creditum eſt, ac praedicatum? Atque eſt profecto sententia ejus Hierarchae facienda tanti, ut vel ipſi Auguſti Imperatores ea eſſe omnino ſtandum, profeſſi fuerint: Valentinianus III. in Novella ad Aetium Galliae Praefectum: Tom. II. oper. S. Leonis Edit. Rom. an. 1755. pag. 45. „. „ Et erat, *inquit*, ipsa sententia „ per Gallias etiam ſine Imperiali „ Sanctione valitura. Quid enim „ tanti Pontificis auctoritati in Ec- „ cleſiis non liceret? .. Hoc omni- „ bus pro lege ſit quidquid ſancit,

Antiquitus non cognoscebatur canonizatio praeter illam, quam Populus Christianus testabatur cum permissione Episcoporum circa honores publicos deferendos ei, qui magna sanctitatis opinione decessisset. Ulricus fuit relatus in numerum sanctorum anno 995. ab Johanne xv. in numeroso coetu Episcoporum, rogatu Lintolfi Augustae, (*cujus urbis Ulricus*) Episcopus ante fuerat. Canonizatio solemnis non fuit introducta nisi xII. seculo, cum Eugenius Tertius posuit Imperatorem Henricum in catalogo Sanctorum; et Canonizatio non fuit reservata Papae, nisi tempore Alexandri Tertii, qui id statuit: Et fuit (*ea reservatio*) confirmata ab Urbano VIII. Vide Mabillonium Sec. Benedict. P. I. pag. 243. Benedictum XIV. De Serv. Dei Beatif. lib. I. cap. xxxIx. num. xIv. Edit. Rom. (1).

Non dicam amplius quidquam de confirmatione Ordinum Ecclesiasticorum (2); nam praeter tot alia scripta, prodiere recens septem capita integra de Monachis, quibus quidem capitibus demonstratum est, quod antiqui Monachi dependebant (3) ab Episco-

„ vel sanxerit Apoſtolicae Sedis auctoritas „. Confer quae ab Juſtiniano Auguſto scripta fuere, referunturque a Couſtantio Praef. in Tom. I. Epiſtolar. Rom. Pontif. P. I n. 21. pag. xvII. et Tom. II. Concilior. pag. 1146. sqq. Edit. Paris. an. 1714.

(1) Vide Epiſt. noſtram III. num. xIII. pag 264. sqq. et num. xvI. pag. 287. sq.

(2) Confer, quae fuſius scripſi ibid. num. xIv. pag. 272. sqq.

(3) Ecquisnam tandem usquam fuit, qui hoc aut negarit, aut putarit, in dubium eſſe vertendum? Nemo pro-

pis ; et quod novi Ordines tam inter se discrepan-

N 4

ſecto. At multae fuerunt inde causſae, quamobrem Monachi Pontificibus Romanis subiicerentur. Eas ego causas memoravi Epiſt. III. n. XIV. Quorsum autem Anonymus Monachos redigendos rursum eſſe in Episcoporum poteſtatem pugnet, nescio. Erunt fortaſſe, qui exiſtiment, eo ipsum conſilio id optare, quo liberius in miseros, quorum afflictae res ſint, debacchari poſſit. Sed caveat, ne jungat cum Arianis societatem, de quibus ſic eſt Scriptum a Socrate in IV. Libro Hiſtoriae Eccleſiaſticae cap. XXIV. pagin. 205. Edit. Taurin. „ Alexandriae et in Reliqua „ Aegypto vastata sunt, et subver- „ sa Monachorum omnia, cum alii „ quidem ad tribunalia traherentur, „ alii aliis modis torquerentur. Poſt- „ quam haec Alexandriae pro arbi- „ trio Lucii geſta sunt, et Eudoxius „ Antiochiam eſt reversus, ſtatim „ iſti in monaſteria Aegypti con- „ tenderunt : Dux videlicet cum in- „ genti militum multitudine, et „ Lucius Arianus. Nam et iſte tunc „ adfuit, et Sanctorum hominum „ coetum nulla miseratione prose- „ quutus, gravius quam ipſi mili- „ tes, adflixit. Cumque ad locum „ ipsum perveniſſent, viros solitis „ ſtudiis, et exercitationibus occu- „ patos deprehenderunt. Verum „ iſti ne solemnes quidem preces in „ oratoriis fieri permiserunt; sed „ iis etiam locis Sanctos viros ex- „ pulerunt. Haec Rufinus et vidis- „ se se coram, et cum illis perpes- „ sum se esse dicit. Proinde reno- „ vabantur in iis illa, quae ab Apo- „ ſtolo sunt dicta. Illudebantur viri „ oberrantes in solitudine, oppressi, „ afflicti, quibus dignus non erat „ mundus, et . . . teſtimonium habe- „ bant tum a fide, tum ab operibus „. Paria refert Johannes Chrysostomus in libris tribus adversus Oppugnatorem vitae Monasticae, in quem, ut in hoſtem nominis christiani invectus merito fuit. In I. lib. num. II. pag. 47. Tom. I. Oper. „ Per cun- „ ctorum ora, *inquit*, ac ſi nequis- „ simus aliquis spiritus eorum ani- „ mos occuparit, hi sermones ver- „ tuntur : Sive in forum te contule- „ ris, ſive in tabernas medicorum, „ ſive in quamlibet urbis partem, ubi „ sedere solent hi, qui nihil operari „ volunt, videbis ingentem risum „ ab omnibus moveri „ (ut movere scripto etiam libello studet Anonymus) : „ risus autem ejus, et co- „ moediae argumentum eſt eorum, „ quae adversus Monachos acta sunt „ feſtiva narratio. Quemadmodum „ enim bellatores, qui multas pu- „ gnas confecerint, ac tropaea ere- „ xerint, geſta sua fortia narrare gau- „ dent; ſic et iſti in facinoribus suis „ laetantur. Hunc sane audies di- „ centem, primus ego manus in il-

tes, et erecti semper contra intentionem, et querelas nostrae sacrae Ecclesiae, habent infeliciter suam existentiam a Papis, quamquam Ecclesia non permiserit Pontificibus examinare novos Ordines, eosque instituere, nisi ea voluntate, ut numerum Monachorum, et Ordinum imminuant potius, quam ut augeant (1).

Ergo si fanatici volunt transformare, et exhibere Papam quasi ille sit, qui solus possit canonizare, qui solus possit erigere Ordines Ecclesiasticos, eosque reformare, aut abolere, vos ne jungatis Societatem cum hac turba, dilecti concives mei (2).

Ego prorsus non metuo, quod vos (qui aures praebetis his veritatibus, quarum unaquaeque plane demonstrata est, adeo ut negari non possit) juncturi sitis societatem cum ea stupida turba; sed ego animadverto in vobis, quod vos mirari non desinitis, cur Papa sit habitus pro illo, qui non est, extremis his seculis?

„ tum Monachum injeci. Alium vero, at ego cellulam ejus ante alios inveni. Alium, ego judicem plusquam omnes adversus illum concitavi. Deinde omnes profuſis cachinnis haec prosequuntur. Et haec quidem in Chriſtianorum consessibus: Gentiles vero et hos irrident, et eos, qui ab illis irridentur: illos, quod haec perpetrarint; hos quod talia passi ſint; omniaque civili quodam bello repleta sunt „. Sed quae hac de re Athanasius, Ambroſius, Hieronymus, alii sunt persequuti, recensere non vacat.

(1) Quam haec falso jactet Anonymus, oſtenſum a nobis eſt Ep III. num. XIV. pag. 279. sqq. et num XV. pag. 281. sqq.

[2] Vide quae scripsi ibid. n. XVI. pag. 287. sqq. et n. XVII. p. 288. sqq.

Mei concives I. Papae multas res extraordinario quodam modo susceperunt, et non fecerunt, quam variis in locis restituere, quod Episcopi neglexerant in re gerenda. I. Id effecit, ut multi crediderint (1), Papas exercuisse in his supremum dominatum.

(1) Itane vero? At rogo, quinam sint hi multi, niſi Patres omnes, jam usque a primis Ecclesiae temporibus, qui non dominatum quidem exerceri dixere a Papa, sed poteſtatem, qua auctus a Christo fuit? Annon vidimus Irenaeo, qui seculo II. vixit, teste lib. III. adv. Haereses cap. III. omnem Ecclesiam ad Romanam convenire necesse esse, propter potiorem principalitatem; spargereque eos, qui aliter, quam ipsa proponat, colligant? Annon eodem seculo haeretici ipsi, qui id plane nossent, litteras a Pontifice pacis expetiere, ut ubique terrarum reciperentur; sed Pontifex ille deterritus auctoritatibus suorum decessorum, litteras easdem renuit concedere; quae res satis fuit, ut ne usquam in catholicorum venitent societatem? Tertull. contra Prax. cap. I. Annon Stephanus I. Basilidem sedi suae reſtituit, de qua dejectus ab Synodo Asturicensi fuerat ob gravissima scelera, quibus ille se illigarat? Annon Sanctus Cyprianus, etſi obrepsisse Stephano Baſilidem dixit, numquam tamen dixit, auctoritate ejus restituendi Stephanum caruisse? [Epistol. LXVII. al. LXVIII. pag. 173. Edit. Oxon. ann. 1682.] immo vero oſtensurus, qua poteſtate valeret Stephanus, ad eum ſcripſit, ut in Marcianum Arelatensem rebus novis studentem animadverteret? [Epistol. LXVIII. al. LXVII. pag. 177.] Successione autem a Petro ducta ea nititur auctoritas, ut Stephanus idem [veluti aſfirmat Firmilianus Epist. LXXV. pagin. 225. ad Cypr. Ed. ejusd. Oxon] teſtatur, utque Patrum traditio postulat? [Vid. Epist. I. noſtram n. IV. sqq pag 5. sqq. et Epist. III. n. II. pag. 162. sqq. et Epist. V. num. VI. pag. 56. sq. Tom. II. et Epist. VI. n. II. p. 67. Succeſſione, inquam, nititur a Petro ducta, non *mediatione* illa, quam nunc Anonymi sibi est mentita iniquitas. Qua ex Successione factum est, ut Romana Ecclesia principalis ſit, unde est unitas Sacerdotalis exorta, quemadmodum Origenes, Cyprianus, Siricius, Innocentius &c. animadvertere: ut principatum semper obtinuerit, veluti S. Augustinus, S. Prosper, ceteri Patres docuerunt: utque series Pontificum Petra habeatur, et ſit revera, quam non vincunt superbae inferorum Portae &c. &c. ut Epist. I. III. VI. demonſtravimus.

2. Sunt praeterea multi, qui considerant, quod Papae fecerunt, nec tamen examinant jus illud, quod iidem Papae habuerunt (1).

3. Quoniam Ecclesiae occidentis societatem retinebant cum Episcopis orientis, mediatore Romano Episcopo, aliqui tandem (2) concluserunt, quod

(1) Scilicet, ſi hunc audiamus bombomachidem, Patres omnes, Synodi, Scriptores singulari eruditione, inertes, indiligentesque fuerunt; ipse vero solus acutus, accuratus, diligens, verax. Sed quid hunc morer, *Chrysalum, qui mihi usquequaque loquitur, nec recte?*

[2] Nihil tale cuiquam in mentem venit, niſi uni cuipiam de grege novatorum. Successione quidem a Petro, ut saepe dixi, in Pontificem Romanum auctoritatem derivatam esse, rationemque, qua centrum est unitatis, & qua fit, ut inde in orbem Chriſtianum venerandae communionis jura dimanent, & qua caput est omnium Christi Ecclesiarum, qua Pastor, qua Gubernator; qua Judex, Doctores omnes Ambrosius, Augustinus, Hieronymus, Petrus Chrysologus, Prosper &c. Patres Synodorum Sardicenſis, et Aquilejensis IV. Seculo: et Oecumenicar. Ephesinae, Chalcedonensis, VI. Conſtantinopolitanae, VI. Nicaenae, VII. Conſtantinopolitanae, ac reliquar. et agnorunt, et praedicarunt, quemadmodum supra demonſtratum eſt. Hi ejus successionis vi conclusere: spargere illos, qui cum Ecclesia Romana non colligant; & *abscindi a communione*. (Vid. S. Iren. *Ep. ad Victor. Pap. apud* Eusebium lib. V. Hiſt. Eccl. cap. XXIV. pag. 213. Edit. Taurin. S. Ambros. in orat. de Excessu Fratris sui Satyri lib. I. num. 47. Tom. IV. Edit. Venetae an. 1751. S. Hieron. Epiſt. ad Damasum X. n. 2. pag. 546. Tom. I. Epiſtolar. Rom. Pontificum pag. 546. Bonifac. I. Ibid. p. 1037. & S. Cyrillum Alexandrinum Epiſt. ad Caeleſtinum. num. 7. Ibid. pag. 1094.) Hinc S. Caeleſtinus, quem dejecisset ipse a communione, eumdem esse ὑπὸ πάσης κοινωνίας τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας *ab omni communione Catholicae Ecclesiae* dejectum dixit. Vide ejus Epiſtolam XIII. ad Nestorium num. II. ibid. pag. 1130. Quae quidem Sententia in Neſtorium lata adeo apud Ephesinam Synodum valuit, ut Patres communi sententia, coactos se litteris Caeleſtini ad Neſtorium eumdem deponendum, communioneque pro-

omnis retinendae, restituendaeque Societatis Ecclesiasticae, aut cujusquam ab ea excludendi potestas in Papa Romano resideat. 4. Quemadmodum sunt multi, qui confundunt jura Episcopi Romani, ut Patriarchae, cum praerogativis Papae (1).

5. Quod Episcopi attribuerunt Sedi Papae (vel veneratione particulari, vel anxietate coscientiae, vel etiam fortasse zelo, quem monstrarunt ob salutarem vigorem disciplinae Ecclesiasticae) successione temporum sumtum fuit uti argumentum eorum integrae submissionis, quae Papae (2) debeatur.

hibendum esse, testati sint. Synod. Ephes. Action. I. Tom. I. Concilior. Edit. Paris. an 1714 pag. 1422. Jam vero Seculo eodem V. S. Gelasius in Epiſt. II. seu Commonitorio ad Fauſtum Magiſtrum pag 886. Tom II. Concilior. Edit. Paris. an. 1714. „ Non veremur, inquit, ne Apoſtolica sententia resolvatur, quam et „ vox Chriſti, et majorum traditio, „ et canonum fulcit auctoritas, ut „ totam potius Eccleſiam semper „ ipsa (Sedes Apoſtolica) dijudicet; „ sed cogitent magis (*Orientales, qui Acacio favent*) si quis in eis „ Religionis eſt sensus, ne pravitatem suam nullatenus deponen„ tes, apud Deum, hominesque, „ Sedis Apoſtolicae perpetua con„ ſtitutione damnentur „. Horum sunt similia, quae idem scribit in Epiſt. VII. ad Episcopos Dardaniae pag. 907. sqq. et Epiſt. IX. ad Episcopos Orientales pagin. 925. seqq. Haec porro ne Orientales quidem ipsi negarunt; immo vero agnorunt esse vera, ut et ex hac ipsa poſtrema Gelaſii Epiſtola, et ex Libello fidei Johannis Episcopi Conſtantinopolitani ad Hormisdam, liquet. Ibid. pag. 1016. sed omnia generis ejusdem monumenta persequi longum eſt.

(1) Confer quae scripsi Epiſt. III. num. XVII pag 289.

(2) Mirum ni hic, *ſucceſſione* temporum, *veneratione* singulari erga Petri Sedem, *anxitudineque conscientiae*, Episcopos pervertiſſe Evangelii loca dicat, quae sunt de *pascendis agnis, atque ovibus* a Petro, deque Petro ipso conſtituto *petra*, cui ſit a Christo inaedificata Eccleſia. Quid? An *anxitudine conscientiae* ductus

6. Aliquae allegoriae male intellectae Sanctorum Patrum contribuerunt pariter aliquid (1).

7. Ecclesia praecipue perdidit suam primam, et pulchram formam per deceptorem illum, qui notus est sub nomine Isidori Mercatoris, qui falso attribuit Pontificibus primorum temporum tot Epistolas, et leges repugnantes veteri Ecclesiasticae disciplinae (2). Posteaquam haec falsa documenta pene-

Irenaeus scripsit: omnem Ecclesiam ad Romanam convenire necesse esse? An Tertulianus *veneratione* quadam incitatus dixit: Apoſtolos Petrum, et Paulum *omnem doctrinam* in *Romanam Eccleſiam* cum suo sanguine profudisse? An zelo non secundum scientiam Cyprianus, *Ecclesiam principalem Romanam* esse testatus est, unde eſt unitas exorta Sacerdotalis? An Optatus, Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, quid enim omnes commemorem? inani pietate commoti unam esse Cathedram affirmarunt conſtitutam Romae, quicum ceteras omnes conjunctas esse oporteat; ac eas quae Romanae ipſi conjungi recusent, schismaticas esse, ac peccatrices, spargere, non colligere, ut quae contra petram agant, quam non vincunt superbae inferorum portae? An anxitudine animi vana Episcopi Orientis an. circiter 382. DEBITAM *Apoſtolicae Sedi reverentiam exhibentes*, ab Damaso Pontifice deponi Episcopum Timotheum Apollinarii Sectatorem petierunt? Ep. XIV. Damas. n 1. & 3. pag. 571. sqq. T. I. Epiſtolar. Rom. Pont. Ed. an. 1721. An Himerius Tarraconenſis, ceterique Episcopi Hispaniarum, non veritate, sed anxitudine? an Carthaginienses, & Numidae? an Synodi Oecumenicae, ut ad caput suum, quemadmodum demonstratum a nobis eſt, ad Romanam Ecclesiam confugientes, ab eaque poſtulantes, ut quod credito, ſactoque opus eſſet, doceret; ut auctoritate sua confirmaret, quae decreta recte fuissent; ut audaces comprimeret; ut malis denique mederetur; id, non quod ei esse parendum plane scirent, sed specie quadam fictae venerationis fecerunt? Hoc ſi ita est, ecquid in monumentis traditionis erit, quod non pari calumnia in dubium revocari poſſit?

(1) Vide Epiſt. eamdem noſtram tertiam num. eod. pag. 289. sqq.

(2) De his disseruimus Epiſt. eadem III. num. XVIII. pag. 290.

trarunt uti vera, egit Curia Romana, ut continenter extenderet magnitudinem suam, et suam potestatem; tunc

8. Cum Archiepiscopi, et Episcopi non tam curabant jura sua, et officia, quam seculares dignitates, et temporalia commoda (1), et postquam.

9. Regnare cepit summa ignorantia, et adeo universalis, ut oblivio ceperit disciplinae personas Ecclesiasticas, et seculares. Posteaquam igitur tempora is auctoritas Sedis Romanae ascendit ad tam altum gradum (2), motiva sperandi, aut timendi aliquid, multiplicata perinde sunt, id quod permo-

Eſt vero nebulonum consuetudo, ut Invidiam suis hoſtibus creaturi, duci eos inanibus figmentis jactent. Celsus Epicureus apud Originem lib. v. num. LXI pag. 623. Tom. I. oper. Edit. Paris Monachor. S. Mauri, Chriſtianos Sibylliſtas appellabat, ac si eorum religio carminibus Sibyllarum staret. At erat id plenum calumniae. Etſi enim erant haud pauci, qui carmina illa adversus Ethnicos adhiberent; non tamen ab iis, ceterisque Chriſtianis loco regulae fidei habebantur. Quis autem miretur, si Anonymus imitator ſit Celſi, dum odium lectorum in Sedem Apoſtolicam concitaturus, Isidorianis eam mercibus ad tantam dignitatem crevisse, mentitur? Etſi enim Isidorianas Epiſtolas poſt nonum seculum plures fraude decepti genuinas putarunt esse; non tamen iis quasi praecipuis monumentis dignitatis Pontificum usi sunt; sed Irenaei, Cypriani, Ambroſii, Hieronymi, etc. etc. sed traditionis ductae jam usque ab Apoſtolorum temporibus, sed Synodorum, sed Scripturarum auctoritate pro veritate pugnarunt, ut multis Epiſt. I. III VII. a nobis eſt demonſtratum.

(1) Confer, quae scripsi Epiſt. III. num. XIX pag. 290 sqq.

(2) Conferri perinde volo, quae sum ejusdem Epiſtolae numero XX. pag. 295. complexus, et ex quibus plane perspicitur, quam mentiatur Anonymus, quamque vel Regibus ipsis conflarit injuriam.

vit assentatores , indeque illos , qui volebant obtinere dignitates , et beneficia Ecclesiastica , et tandem Doctores Ecclesiasticos , et Scholasticos , qui communicarunt suis discipulis falsas merces , tales quales eas acquisiverant in Scholis Romanis , ut proclamarent , quod Papa sit supremus Dominus universalis tam Ecclesiasticus , quam secularis ; quae res damno fuit ut potestati Episcopali (1) ita, potestati

(1) Quae is nobis Episcoporum damna narrat? Damno certe ſibi Episcopi illi fuerunt, qui [contra atque traditio poſtulet] Sanctae Sedi parere renuerunt, ac si suo arbitratu rem ipsis gerere licuisset, nullaque in eos Romani Pontificis jurisdictio divinitus esset constituta. Quid autem nobis Anonymus Iſidorianas Epistolas oggerit? An Isidorianis Epistolis Nicolaus I. quique poſt claruere Pontifices, adversus Photium, ceterosque Schismaticos auctoritatem Sedis Apoſtolicae defenderunt? Extabant illae quidem ea aetate; verum Nicolaus Epiſt. I. quae eſt ad universos Catholicos p. 119. et II. ad Michaelem Imperatorem pag. 121. et III. ad Photium p. 127. et IV. ad Photium pag. 132. et V. ad Michaelem pag. 152. et pag. 156. sqq. Tom. V. Concilior. Edit. Paris. an. 1714. teſtimoniis Evangelistarum Lucae cap. XXII. et Johannis cap. XX. et Matthaei cap. XVI. Synodorum auctoritate, ac suorum praecessorum Caelestini I. Leonis I. Gelaſii I. Gregorii I. Hadriani I. decretis fretus, quae ſibi poteſtas ineſſet, oſtendit, fregitque impetus novorum sectariorum, nulla usquam mercium Iſidorianarum mentione facta. Neque secus egit in Epiſt. X. ad Clerum Conſtantinopolitanum pag. 197. et 201. et XIII. ad Ignatium Patriarcham pag. 226. Quid? Graeci in VIII. Oecumenica Synodo litteris ne Isidorianis permoti fuere, ut poteſtatem agnoscerent Apoſtolicae Sedis? Annon Scripturarum, Traditionisque monumentis muniti, ea, quae dicta Petro a Chriſto fuerant, confessi sunt attribui Sedi eidem Apoſtolicae oportere? Actione I. Tom. eod. pag. 773. et pag. 779. et Action III. ubi haec ab Ignatio Patriarcha Conſtantinopoleos scripta feruntur, post allatum Evangelii Matthaei e cap. XVI. locum: *Tu es Petrus* etc. „ Tales beatas voces, non „ secundum quamdam utique sortem Apoſtolorum Principi solum

summi Principis secularis, quia Principes supremi non consideraverant, quae possibilitas esset inquirendi,

,, circumſcripſit, et definit (Chri-
,, ſtus) sed per eum ad omnes,
,, qui poſt illum, secundum ipsum,
,, efficiendi erant Summi Paſto-
,, res, et divinissimi, sacrique Pon-
,, tifices Senioris Romae, transmi-
,, ſit ,, p. 791. Age vero poſt ubi fre-
quens Synodus Epiſtolis eſt assensa
Nicolai, Hadrianique Pontificum,
annon Canone XIII. suo, pag. 1103.
Dioscorum, Photium [cumque iis Ano-
nymum etiam] condemnans ,,. Si quis,
,, inquit, tanta efferatus audacia,
,, quemadmodū Photius, & Dioscorus
,, ſive scripto, ſive ſine scripto *παρ-*
,, *οινίας τινάς κατὰ τῆς κα-*
,, *θέδρας πέτρου debacchationes*
,, *quaspiam in Cathedram Petri*
,, Coryphaei Apoſtolorum audeat
,, commovere, eamdem atque illi
,, sententiam damnationis subeat ,,?
Leo autem IX. ad Michaelem Ce-
rularium Patriarcham Conſtantino-
politanum novis rebus studentem,
scribens, poſt ubi Synodorum eſt, Pa-
trumque auctoritate usus; cum dein-
de de Conſtantino Imperatore ali-
qua attulisset, quae minus ad hiſto-
riam exacta eſſent, tum demonſtra-
turus, hoc poſtremo monumenti ge-
nere sese minime niti, ac fidere.
,, Nos, inquit, habentes teſtimo-
,, nium majus Conſtantino, contenti
,, sumus teſtimonio illius, qui de
,, caelo venit, et super omnes eſt,
,, et dicit: *Tu es Petrus, et super*
,, *hanc Petram* etc.; qui etiam in
,, Catalogo Apoſtolorum inſtar car-
,, dinis ab ipso Domino Jesu Criſto
,, primus poſitus, Petrus, id eſt Ce-
,, phas eſt cognominatus; cui spe-
,, cialiter, et nominatim, ovile com-
,, mendando, ait: Simon ecce Sata-
,, nas expetivit vos, ut cribraret
,, ſicut triticum; ego autem rogavi
,, pro te, ut non deficiat fides tua,
,, et tu aliquando conversus confir-
,, ma fratres tuos. Inſtante quoque
,, jam sue aſſumptionis gloria, Chri-
,, ſtus amorem Petri erga se tertio
,, inquiſivit, et tertio confitenti,
,, agnos, et oves suas tertio pasce-
,, re praecepit etc. ,,. Jam vero cum
Nicolaus, cum Leo, cum Patres Sy-
nodi Lugdunenſis ſecundae, ac Sy-
nodi Florentinae, non Isidorianis mer-
cibus; sed locis Sacrorum Bibliorum,
ac Patrum Graecorum cumprimis,
Conciliorumque testimoniis egerint,
hisque induxerint etiam schismati-
cos, ut Sedis Apoſtolicae, seu Pa-
pae primatum, auctoritatem, juris-
dictionem et crederent, et confi-
terentur; quae iſta Anonymi confi-
dentia, ac mala mens eſt, ut au-
ctam fuisse poteſtatem Romanam
mentiatur Isidorianarum Epiſtola-
rum fraude?

quid disciplina vetus Ecclesiastica, quidque eorum, et Episcoporum jura poscerent.

10. Ordinatae sunt expeditiones Crucesignatorum ad praetensam terram Sanctam, et fortiter retentae. Hinc Principes supremi obligati fuerunt suam ditionem deserere; subsidio ad occidendos infedeles esse; et perpeti mille incommoda inter eos, qui sancti bellatores dicebantur; et quando id non fuit amplius possibile factu, quia homines tandem recognoverunt, quod vera Terra Sancta, quam Christiani debent quaerere, non erat omnino Palaestina; sed regnum caelorum, excitatae sunt (1)

11. Dissensiones, et bella continua inter Principes Christianos: et simul etiamsi viri docti scripserunt,

12. Eorum libri statim prohibitione rejecti fuerunt, ut ignorantia, sustineretur, et consequenter facilitas ducendi mundum per tenebras (2); utque tutius id fieret, contenti (Pontifices) non fuere simplici prohibitione; sed

13. Exuri prorsus fecerunt (et jussu quidem praetensi Sancti (3) Tribunalis Inquisitionis) librum, et aucto-

(1) Vide Epiſtolam noſtram xiI. num. xxi. pag. 298. sqq.

(2) Confer eamdem Epiſt. num. eod. pag 303.

(3) Quid causae eſt, cur Anonymus graviter, indigneque ferat sanctam dici Inquiſitionem: „ Quae „ hoc, auxiliante Deo, consequi„ tur, ut non solum, qui recti „ sunt, incolumes perseverent; sed „ etiam multi, qui diabolica sedu„ ctione decepti sunt, ab errore re-

et auctorem (gratias immortaliter ago Deo , quod ego

Tom. II. O

„ vocentur „ ? (S. Leo Magnus Serm. xv. cap. vı. pag 32. Edit. Rom. an. 1753.) An *sanctum* appellare non licet , quod tantum infert in rem Chriſtianam publicam commodorum ? An ab Leone (de cujus virtute , doctrina , ſtudio ſummo religionis nulla umquam aetas conticescet) quidquam curatum , laudatum , commendatum memoriae hominum arbitrabimur , quod Eccleſiae aut fuerit , aut eſſe dedecori, atque detrimento poſſet ? An probatum quidpiam fovendae ignorantiae causa ? An crudelitatis indicia data , quod haereticos in jus vocarit ; quod eorum libros , quibus veritatem contineri jactabant , cremandos sanxerit (Epiſt. xv. cap xv. pag. 70. Tom. II, oper. Edit. Rom. an. 1755.) quodque non solum ita de libris decrerit ; verum etiam haereticos ipsos in poteſtatem judicibus laicis permiserit , qui in pervicaces , secundum Chriſtianorum Principum inſtituta animadverterunt [Epiſt VIII pag. 34.] „ ne sanctum gregem „ sua contagione polluerent ; nec „ Chriſtianae plebes sacrilegij poſſent invenire doctores ? Aliter enim „ nobis commiſſos regere non poſſumus , niſi hos , qui sunt proditores , et perditi , zelo fidei dominicae persequamur ; et a sanis „ mentibus , ne peſtis haec latius „ divulgetur , severitate , qua poſſumus , abscindamus „ . Gratias , opinor , ab se Anonymus agi dicet , Deo , quod non vixerit Pontificis illius temporibus . Nam qui rebus novis ſtudent , qui turbas concitant , uno verbo qui peccant , aversari ea tempora consuerunt , quibus novandi , seducendi populi , peccandi denique non dabatur impunitas . Itaque ne temporibus quidem Nicaenae Synodi I. aut Conſtantinopolitanae I. aut Epheſinae vivere delegisset , quibus et opuscula haeterodoxorum juſſu Patrum , et Principum conflagrarunt , et heterodoxi ipſi fuere capitis condemnati . At Leo , inquiet Anonymus , in Manichaeos , et Priscilliani asseclas egit . Quid ? Annon dignos poenis paribus censuit Photinianos , Arianos , Eunomisnos , totam denique beſtiarum talium cohortem , quae , malo daemone praeſide , ab Eccleſiae unit e discessit , ut Anonymus sese discessisse probat ? [Vid. S. Leonis Serm xv. c. III. p 30.) Age vero cujusmodi fuerunt ii , in quos eo tempore Inquiſitores egerunt , quo noluiſſet Anonymus vivere ? Fuere illi quidem Cathari , seu Patareni , seu Albigenses etc. qui (ut ex Piliſdorfio , Raynero Sacono , Moneta , Boſſuetio , aliis scriptoribus liquet) professi fuere Manichaeismum ? Sed hi veritati bellum indixerant . Eſt ita profecto . Verum et hi , et Manichaei reliqui,

tunc non vixerim) et quemvis alium, qui significationem aliquam dediſset sui studii pro veritate. Hoc immisericors tribunal, quod inhonoravit taliter nostram Sanctam Religionem, fuit praecipue administratum, defensum, executioni mandatum per filios S. Dominici, et S. Francisci. Perinde

14. Turba omnis tantae multitudinis Ordinum tam inter se differentium, erectorum contra intentionem sanctae Ecclesiae, sibi successu secundo totam curam susceperat continendorum ingeniorum, cordium, sensuum cujusque subjecti in praejudicatis opinionibus, in ignorantia, in statu contributionis erga curiam Romanam mille promissis; eodemque tempore (curarat), ut ditibus ipsa praemiis cumularetur sive a Statu, sive a particularibus. Interea Cancellaria Curiae Romanae (quam semper a Papa distinguere oportet) et tota turba Monacho-

et Ariani, et peſtes reliquaa generis ejusdem, involvi tenebris ignorantiae caeteros, seque unos pro veritate certare, ajebant, ut modo Anonymus de se, deque nescio quibus, dicit, in quos ab Inquiſitoribus animadversum fuisse conqueritur. Quamquam hos veritatis, quos ait, cultores nominet, volo. Certe si nominarit, perspicue palam erit, eos de gregibus fuiſſe Valdenſium, Patarenorum, Hussitarum, Lutheranorum, Calvinianorum, Socinianorum, vel Helvetii denique, Bullangerii &c. praecursorum, quibus nihil tam eſt inimicum, quam veritas. Atque hi Helvetii precursores ita erant animis comparati, ut, haud secus, ac Anonymus, ne illis quidem temporibus vivere voluiſſent, quibus Abderites Protagoras Atheniensium juſſu urbe, atque agro eſt exterminatus, librique ejus in concione combuſti. Vide Cicer. lib. I. de Natura Deor. cap. XXIII. Confer etiam, quae disputavi Epiſt. III. num. XXI. pag. 304.

rum, agitatae saepe, concussaeque fuerunt (1). Sed

15. Tunc excommunicationes (2) minus cognitae temporibus illis, et artes, quae nondum detectae erant, alternabant. Status erant enervati (3) hominibus, et pecunia, ac perturbati intus, et extra, et Cancellaria Curiae Romanae cito fuit in pace, ut fuerunt suae cohortes Monasticae.

Vos ergo scitis, concives dilecti, quare Papa fuit semper habitus tam longo cursu praeteritorum seculorum pro eo, qui non est (4)

(1) Confer Epiſtolam IV. noſtram. num. I. Tom. II. pag. 3. sqq.

(2) Vide Epiſtolam noſtram IV. num. II. pag. 7. sqq.

(3) Quam is Anonymus agat calumnia, nemo eſt in Hiſtoria verſatus, quin plane norit. Ac calumniae quidem plenum eſt, nervos regnorum, rerumque publicarum debilitatos fuiſſe Pontificum causa. Ecqud enim egere Pontifices, unde imminui numerus eorum poſſet, qui Regibus, Rebusque publicis subjecti eſsent? Jam usque a primis Eccleſiae temporibus Romanae Eccleſiae datum laudi eſt, quod omni ope curaret, ut populi, qui Principibus laicis eſſent obnoxii, sospites, incolumesque vigerent, ac ſi qui forte in servitutem redacti eſſent, in libertatem vindicarentur. Confer, obsecro, quae Dionyſius Corinthius seculo II. Epiſtola ad Soterem Pontificem Romanum (Apud Euseb. lib. IV. Hiſt. Eccl. cap. XXIII. pag. 159.] et Dionyſius Alexandrinus III seculo in Epiſt. ad Stephanum Papam [Apud Eusebium lib VII. cap. V. pag. 283.] Sanctus Baſilius Magnus IV seculo [Epiſt. LXX. pag 164. Tom. III. oper. Ed. Paris. an. 1730.] et Leo Magnus V. sec. Serm. IX. pag. 19. sq. et X. p. 22. aliique deinceps memoriae tradiderunt. Quantum autem Regnis, Rebusque publicis largitione ad hoc usque seculum contulerint Romani Pontifices commodorum, multis demonſtratum ab Auctore operis eſt, quod quidem opus inscribitur: Dello ſtato libero della Chiesa lib. XII. Parte II. cap. III. num. XVIII. pag. 283. sqq. adeo ut non ſit opus de iis rursum disserere. Vide praeterea quae scripſimus Epiſtola noſtra IV. num. III. pag. 13. sqq.

(4) Vide Epiſtolam eamdem nos-

Equidem mihi persuasi, quod nostro (1) tempore adoratores fanatici Pontificis eum non amplius putabunt ut unum aliquem, qui audeat sese civilibus rebus ordinandis immiscere, aut seculari regimini sustinendo, aut exigendo supremo dominio. Satis notum toti mundo est, Principes summos obtinere potestatem a Deo; eosque non teneri, nisi Deo reddere rationem gubernationis suae, neve ullo modo adstringi declarare extraneis (2) rationem hujus, vel illius dispositionis (3); neve exprobrari illis posse, quod violata sit ab iisdem religio, dum non laedunt omnino articulos fidei, sed solum attingunt abusus (4), et faciunt renasci precise (5), quod tantum splendo-

tram, numero eodem pag. 14. sqq.

(1) Ibid. pag. 16. sqq. quo quidem loco oſtensum a nobis eſt, quam se his de rebus disputans Anonymus misere implicarit.

(2) Vide Epiſt. noſtram IV. n. IV. pag. 18. ſq.

(3) Cum Princeps laicus judex non sit conſtitutus controversiarum de religione, dijudicare certe non poteſt, attingatne fidem, an secus, quod agit, aut inducere conatur. Constantius ecce Imperator, nihil se arrogasse sibi ajebat, quod lederet religionem. Hoc Valentinianus II. adversus Ambroſium, hoc Valens, hoc Theodoſius II., hoc Zeno, hoc Anaſtasius, hoc extremo suae vitae tempore Juſtinianus, hoc Heraclius, hoc denique alii ſibi persuaserant. At his reſtitere Patres Athanaſius, Eusebius Vercellenſis, Hoſius, Paulinus Trevirenſis, Hilarius, Baſilius, Ambroſius, Chrysostomus, Leo, Gelaſius, Symmachus, Theodorus, Martinus &c.

(4) Confer Epistolam ipsam noſtram ibid. pag. 19. Abusus ne vero sustulere ii, quos proxime nominavi? Annon abusus contra inferre conati sunt in Eccleſiam, summo populorum damno, qui abusus poſt extirpati fuere Patrum, imprimisque Pontificum diligentia?

(5) Plurimum ad splendorem religionis contulisse Conſtantinum, Valentinianum I. Theodoſium seniorem, Marcianum, Iuſtinum, Carolum Magnum, Ludovicum Pium &c.

ris attulit initio Religioni, ut probationes evincunt clarae, quas doctus consiliarius Schimidtius (1) citat in sua Historia Germanica. Imperatores Romani, ut supremi defensores Ecclesiae Christianae, maxime obstitere delapsioni, vel declinationi religionis, et morum quovis tempore, sustuleruntque luctuosa schismata, quae disciderant Eccclesiam, conflata ab aliquibus Pontificibus cupiditate regnandi (2). Nihil autem potest pertinere ad religionem, quod sit contrarium juribus generalibus Reipublicae confirmatis ab ipso Deo ajente, quod ejus *Regnum non est de hoc mundo.* S.Bernardus (3) etiam monuit Papas, ne in fines invadant exterorum, et ne mittant falcem in messem alienam. Apostoli quoque jusserunt obedire etiam dominis discolis (4); cum veri Christiani debeant potius sinere sese martyrizari, secundum

concedo libens; at hi statui ante a Sacrorum Praesidibus, praecipueque a Romano Pontifice oportere quod credito, factove opus esset, exiſtimarunt; deinde ſuo patrocinio, quod eſſet statutum, propugnarunt.

At ego obsecro, ut legantur, quae Mamachius in IV. Antiq. Chriſtianarum volumine, quaeque Auctor operis Inscripti *il Diritto libero della Chiesa*, Tom. II. part. I. quaeque Orsius, aliique ex operibus Patrum, atque ex veteribus Historicis protulerunt.

(1) Vide Epistolam IV. noſtram num. V. pag. 20.

(2) Vide Epistolam noſtram IV. num. VI. pag. 20. sqq.

(3) Ibid. pag. 22. sqq.

(4) Quis hoc Chriſtianorum negat? Verum non inde Anonymo permissum eſt, ut Principem in odium commune vocet, eumque exhibeat non ut populorum Patrem, atque Patronum; sed ut discolum, cui saevire in subjectos, insontesque in cruciatum agere liceat. Quid autem eſt, quod ex Chriſti verbis: *regnum meum*

exemplum primorum Christianorum, quam esse rebelles, et offensores sacrati Principis; et Papam non posse absolvere quemquam a solvendo debito (1); ac multo minus posse absolvere subditos, praetextu Religionis, ab obligationibus, quas debeant (2). Statui. Inveniuntur praeterea in omnibus regionibus Christianis plus quam centena milia hominum probe exercitatorum, qui possint facere, ut reverentia Principibus ipsis adhibeatur (3); Principesque

non est de hoc mundo: Anonymus poſſit efficere? An regnum negabit Christi in hoc mundo? Qui demum, ſi a Patre datam ſibi potestatem omnem etiam *in terra* Christus idem Servator doceat? Quid autem? Annon S. Aug. Tractat. cxv. in Johan. numer. 2. pag. 577. Tom. III. non dixiſſe Chriſtum animadvertit: „ *regnum meum non eſt in hoc mundo*; „ sed *non eſt de hoc mundo*: „ moxque adjungit: „ Non ait, nunc re„ gnum meum non eſt hic; sed *nunc* „ *regnum meum non eſt hinc*. „ Et Tractat. xxv. num. 2. pagin. 351. „ Quid non, erat rex Christus, qui „ timebat rex fieri? Erat omnino, „ nec talis rex, qui ab hominibus „ fieret; sed talis, qui regnum da„ ret. Praedixerunt autem Prophe„ tae, regnum ejus, etiam secundum „ quod homo factus eſt Chriſtus „. S. Thomas lectione VI. in cap. XVIII. Evangelii Johan. pag. 134 Edit. Ven. ann. 1508. indicans S. Joan. Chrysoſtomi hom. LXXXIII. al. LXXXII. in Johan. num. 4. pagin. 495. sq. T. VIII. „ Exponit Chrysoſtomus, „ *inquit*, et dicit: regnum meum „ non eſt de hoc mundo, ideſt po„ teſtas mea, et auctoritas, qua rex „ sum, non eſt de hoc mundo, ideſt „ non habet originem ex cauſis „ mundanis, sed aliunde, scilicet „ ab Ipso Patre „. Sed modum faciam. Traditionis namque monumenta ſi persequi numerando vellem, Anonymum quidem certe obruerem.

(1) Calumniari pergit Anonymus. Eccui enim catholicorum umquam venit in mentem, fas eſſe quemquam a debito solvendo eximere?

(2) Jam haec obiicit Anonymus, quasi a Bernardo tradita fuerint, ut Pontificibus creet invidiam. Verum neque Bernardus usquam quidpiam tale dixit, neque opus erat obligata jam vulnera refricare.

[3] Non eget Ecclesia milite hoc in genere. Ipsa per sese libens prae-

eosdem defendant ; et rebellium inobedientiumque exitum fuisse semper infelicem constat.

Omnes hae veritates (1) sunt jam perspectae

dicat, hortatur, jubet ut *Rex honoretur*, utque subditi ſint fideles Regi. Hoc post Apoſtolos SS. Patres, veluti Polycarpus [*Act. Martyrii num.* x. *Tom.* II. *PP. Apoſtolicor. p.* 199. *Edit. Amſtelod. an.* 1724.] Juſtinus Martyr [*Apolog.* I. *n.* XVII] Athenagoras [*legat. pro Chriſtianis n.* I.] Theophilus Antiochenus [*lib.* I. *ad Autolycum n.* XI. *Apologet. cap.* 30. *sqq.*] S. Cyprianus, Athanaſius, Ambroſius, Augustinus &c. hoc Synodi, hoc Pontifices Maximi et docuerunt semper, et populum Chriſtianum docere pergunt. Confer Opus inscriptum *del Diritto libero della Chiesa* lib. III. Parte II. cap. III. pagin. 4. sqq Verumtamen eadem ipsa docet Eccleſia, auctore Chriſto, reddi oportere et quae sunt Caesaris Caesari, et quae sunt Dei, Deo. Id ne Ethnicos quidem latuit. Quare persequutor Chriſtianae Religionis, ut eſt apud Prudentium Hymno II. de Coronis versu 24. sq. S. Laurentium alloquens ait:

„ Sic dogma vestrum eſt, audio,
„ Suum quibusque reddito &c.

Nec vero inde fit, ut quod Princeps interdum suum affirmat sese agnoscere, id revera ſit Principis, non Dei. Praetor ecce apud Prudentium ibid. Suos ab Caesare agnosci thesauros Eccleſiae, adeoque esse illos Caesari reddendos, dixit. *En Caesar agnoscit suum numisma numis inditum. Quod Caesaris scis, Caesari da, nempe juſtum poſtulo.* Verum thesauros ipsos Ecclesiae Dei esse Laurentius commonſtravit, non Caesaris, idque probante Eccleſia universa, quae columna eſt, atque firmamentum veri. Quid? Si ne Ariani quidem secus senserint? Leontius ille de grege Arii Episcopus, [Apud *Suidam* V. *Leontius*] Constantium Augustum monens: „ miror, *inquit*, te qui cum ſis constitutus, uti certas quasdam res moderere; alias tibi ad gubernandum assumere. Tu militaribus rebus, et civilibus praefectus es, & disponis formam jubendo Episcopis circa res eas, quae solorum sunt Episcoporum „. De orthodoxis vero Patribus, quid dicam, quorum teſtimonia alibi me descripſiſſe memini? Hoc unum S. Martini Turonenſis adducam ex Sulpicii Severi Histor. lib II. pag. 348. T. VI. Bibl. PP. Ed. Lugd. „ Novum esse et inauditum nefas, ut causam Ecclesiae judex seculi judicet [*Max. Imp.*]

(1) V. Ep. noſtram IV. n. VII. p. 26.

etiam infimae classis hominibus: et quoniam classis haec infima cognoscit sufficienter monachos divites, et mendicantes; aegre fert, cogi hominem e plebe ad laborandum sine intermissione, dum monachi nihil faciunt; et quamvis abundent, mendicant tamen (1). Non enim amplius quisquam ita stupidus est, aut ita fanaticus, ut sinat, se incitare a monachis comminatione extremi periculi sui, denegationis scilicet regni caelestis (2); sed credet potius Salvatori, et Apostolis, qui docent, quod non obtinetur regnum caelorum, nisi patientia (3). Est etiam certum, omnes in hoc praesertim esse tutos, quandoquidem satis per experientiam sciunt, quod eorum Principes supremi, sunt eorum veri Patres, et quod magis id deinceps experientur (4). Interea dolor, quem talis pars sentit, est necessarius pro restauratione totius corporis (5). Nam Clerici, et Monachi honesti homines cupiunt executionem necessariae reformationis fieri (6); et quisque homo

[1] Hasce ineptias refutavi, Epiſtola. v. num. I. pag. 28 sqq.

[2] Ibid. pag. 37. sqq.

[3] Solane? Quid? An excludentur fides, spes, caritas?

[4] Ibid. n. II. pag. 42.

[5] Conf. eamdem Epistolam nostram v. num. II. pag. 42.

[6] Cujusmodi tandem iſta eſt, quam honeſti, quos Anonymus vocat, Clerici, et Monachi expetunt? Equidem audio, aliquos esse eorum ordinum viros, qui coelibatum aversentur, qui nubendi licentiam ſibi permitti cupiant, quique vota, quibus Deo suam perpetuo obligarunt fidem, irrita facere et velint, et poſtulent. Hoscene Anonymus homines perjuros, natos ventri, abdominique suo, honeſtos dicet? At hos Patres Athanaſius, Baſilius, Hieronymus, Auguſtinus sceleſtos, im-

ratione praeditus probe rem perpendens, debet agnoscere necessitatem alicujus reformationis.

Et quoniam plures alii dicent, ea non potest omnino fieri aliter, quam hoc tali, vel tali modo; invenientur, qui illis respondebunt: Amici, si vos essetis supremi Principes (1), et vestro eam modo faceretis, essent, alii qui vobis dicerent: ***annon fieri ea posset hoc alio modo***, et sic nihil fieret. Est igitur melius eam remittere Deo, et Principibus summis (2), per quos nos Deus regit.

Non credo igitur ullo modo, circa reformationes (3), adventum Papae vel minimam impressionem in populo facturum.

pios, expertes honeſtatis, salutis perditae clamant esse. Ceterum probi, juſti, Sancti Monachi perseverare in *vocatione sua* expetunt; componi suorum sociorum mores ad regulam, quam profitentur, deſiderant; non everti monaſteria sua, dissiparique Monachos volunt, sed ut canones Synodorum poſtulant, Coenobia ipsa maneant, monachique frequentes oratum in Eccleſiam descendant, nihilque mollantur, ac curent, niſi ut vitam suam ad Inſtituta Majorum, legesque exigant.

[1] Vide Epiſtolam eamdem noſtram num. III. pag. 42.

[2] Quid? Synodis Episcoporum, Pontificibusque Maximis nulla hoc in genere pars erit? At eſt id omnino repugnans *inſtitutis Apoſtolorum*, qui ipſi per sese reformarunt, quod minus ordine enatum [Actor. Apoſt. cap. VI.] in Eccleſia fuerat. Quid ſi hoc idem Patres ad Synodos Episcoporum, Pontificesque spectare, docuerunt? Confer Epiſt. eamdem v. num. IV. pag 42. sqq.

(3) De reformatione Monachorum, si quid cogitatum fuiſſet, id se Populus, more majorum, a Pontifice aperaſſet impetraturum. Novit enim, quam apud omnes, praesertim autem apud orthodoxos Imperatores Romanos in re Eccleſiaſtica Pontificis Romani semper valuerit auctoritas. Mitto de Theodoſio Seniore, de Honorio Theodosii Filio, de Valentiniano III. dicere S. *Leo*

Digitized by Google

Sola opinio, quod Papa afferet indulgentias Particulares (1), et quod possit dare particularem quampiam benedictionem, erit fortasse causa concursus fanaticorum (2) e populo.

Concives mei, Bossuetius Episcopus ille catholicus, doctus, et pius (3) explicat tam breviter indulgentias, quam bene, dicens, eas nihil esse aliud, quam remissionem poenitentiarum, quas poenitens debet exercere juxta leges Ecclesiae.

Indulgentia non tollit defectum peccati, neque punitionem aeternam indictam peccato mortali, neque omnes punitiones temporales, quas peccator adstringitur subire dispositione quadam impenetrabili Dei.

Indulgentiae non possunt plus absolvere ho-

Monachos, qui a recta inſtitutione defecerant repreſſit, eosque, quos in impietate perſtare comperit, a Marciano ipso reprimi curavit, ceterorum autem, qui in officio sese continebant, rationem haberi oportere edixit. Epiſt. I. pag. 17 LXXXV. p 331. LXXXVIII. pag 339. XCI. pag 353. XCII pag 354. XCIII. 355. Neque vero Marcianus solum, quanti auctoritatem Papae faciendam duceret, oſtendit; sed Juſtinus etiam Auguſtus Epiſt. ad Hormisdam Tom. II. Concilior. pag. 1016. et pag. 1026. Juſtinianus Epiſt ad Johannem II. Ibid. pag. 1146. quod quidem perspici quoque plane poteſt ex Epiſtola Monachorum Orientalium ad eumdem Juſtinianum, quae refertur Actione I. Synodi Conſtantinopolitanae sub Mena an. 536. Tom. eod. pag. 1194. Conſtantinus Pogonatus Epiſt. ad Leonem Papam an. 681. Tom. III. Concilior. pag. 1459. Sed omnes commemorare longum eſt. Vide Epiſt. noſtram v. num. v. pag. 45 sqq.

(1) V. eamd. Epiſt. noſtram pag 46.

(2) Ibid. n VI. pag 48.

(3) Confer eamdem Epiſtolam v. noſtram, numero eod. pag. 48. sq.

minem, quam exigat poenitentiae Sacramentum, id quod praeter conversionem cordis, et humilem peccatorum commissorum confessionem, requirit etiam voluntatem sinceram puniendi seipsum. Ea igitur sese hac veritate (1) continet. Ecclesia potest prae-

(1) Vide eamdem Epiſt. pag. 54. sqq. Quid autem iſthuc eſt, quod mox pag. seq. adjungit Anonymus: *non minus, quam Papa*? An qui Pontifex ad universam Eccleſiam gubernandam vocatus eſt, conſtitutusq. Eccleſiae Principalis Rector, unde unitas eſt exorta Sacerdotalis; et ad quem neceſſe eſt omnem convenire Eccleſiam propter principalitatem, et qui cum qui non colligit, spargit; is ne, quemadmodum Patrum, Synodorum, Scripturae auctoritate oſtendimus, Epiſtola I. et III. et VII. is ne, inquam, Pontifex non magis, quam Episcopus quisque vocatus, Anonymo autore dicetur ad Eccleſiae regimen? Eum cui grex Chriſti universus creditus a Chriſto Servatore eſt, quem Episcopi ipſi Catholici uti Patrem, et summae poteſtatis susceptorem, et plenitudine poteſtatis inſtructum, et quem Synodi oecumenicae plenam, ac supremam in Eccleſia Dei auctoritatem habere praedicant, aeque, patiar dici, vocatum, ac Episcopum quemlibet, ad gubernandam Eccleſiam? Equidem quod Eccleſia Catholica et congregata, et late, longeque diffuſa definivit, ita tueor, tueborque, divina ope, dum vivam, ut eos qui contra sentiant, palam confirmem, condemnandos eſſe haereseos nomine. Id ne refractarii quidem negant. Episcopi Bononienſis, Mirapicensis, Monspeliensis, etſi an. 1713. appellarint ad futurum Concilium, in sua tamen Epiſtola Paſtorali Edit. Paris. an. 1717. pag. 18. poſt ubi confessi sunt ,, praerogativas Pontifi- ,, cia, Sedisque Apoſtolicae eſſe ma- ,, ximas, totasque divinas, quod ,, ſint Inſtitutionis Jesu Chriſti; ip- ,, sumque Pontificem solum, legiti- ,, mumque eſſe successorem B. Petri, ,, adeoque eſſe participem gloriosa- ,, rum praeeminentiarum, quas fi- ,, lius Dei concessit primo suorum ,, Apoſtolorum .. primum proinde es- ,, se Paſtorem jure divino, non so- ,, lum primatu honoris, et praesi- ,, dentiae, sed etiam, jurisdictionis, ,, primum Episcopum, primum Vica- ,, rium Jesu Chriſti in terris, primum ,, Ponticem praefectum a JesuChriſto ,, universo gregi, ipsisque Paſtori- ,, bus: tum, Fides, inquiunt, id to- ,, tum fatetur, et non eſt, niſi hae- ,, resis, quae idipsum ei audeat in-

scribere poenitentias, et illas rursum remittere per indulgentiam, et quemadmodum quisque Episcopus est vocatus a Spiritu Sancto ad regimen Ecclesiae non minus, quam Papa; ita quisque Episcopus potest statuere in sua dioecesi pœnitentias, sed quae naturaliter non se extendant ultra durationem humanae vitae, et consequenter vix possint esse annorum centum. Episcopus praeterea potest absolvere poenitentes vel in parte, vel in toto, et concedere perfectas indulgentias ita prorsus, ut Papa.

Quod Idem est de benedictione dicendum. Quaecumque tandem sit differentia, quam medio aevo Theologi constituerunt circa vim ac formam benedictionis; haec tamen reipsa manet semper signum quoddam externum, quo benedicens significat, quid nobis optet et cur imploret pro nobis benedictionem divinam. Sicut autem non invenitur in Evangelio (1), quod Deus concesserit Sancto Petro vim

„ contoverſiam revocare. LE FOI „ CONFESSE TOUT CELA, ET „ IL N Y A, QUE L'ERESIE, „ QUE OSE LE LUI CONTESTER „.

(1) At ubi tu legis In Evangelio conceſſam a Chriſto Apoſtolis ceteris, ampliorem benedicendi, quam ſimplicibus Presbyteris; aut majorem Presbyteris, quam laicis fidelibus poteſtatem? Nusquam profecto. An igitur negabis, plus Episcopum poſſe, quam poſſit Presbyter, aut plus Presbyterum, quam laicus valeat?

.... Ne te morer, audi
Quo rem deducam.

Nullam scilicet; aut si forte ullam, aequam utrique datam poteſtatem fatebere. Qui enim ullam, cum nullius fiat in Evangeliis mentio; quod-

dandi benedictiones, quae magis ſint ſalutares, quam que in Evangeliis non legitur, id tu eſſe negandum arbitrere? Nullam igitur. Jam vero cum nihil concedendum eſſe pugnes, quod non legatur in Evangeliis; actum certe de ceteris Scripturarum divinarum libris, deque traditione erit, quam fides catholica docet, omnino retineri oportere. Quod ſi aliquam ineſſe Presbytero dixeris benedicendi facultatem, cur tu parem laico negabis? Cumque, te Auctore, benedictio nonniſi ſignum externum ſit, quo benedicens indicat, quid nobis optet, imploratque pro nobis divinam benedictionem; ecquid erit, quod indicare, optare, implorare pro nobis Presbyter poſſit, laicus non poſſit? Sed eſt quiddam, mihi crede, in Sacerdotali benedictione, quod exigat, ut plus valeat is, qui eſt dignitate, auctoritateque praestantior. Nam, ut eſt ſcriptum a Paulo in ea, quae eſt ad Hebraeos data, Epiſtola, cap. VII. v. 7. Χωρὶς δὲ πάσης ἀντιλογίας, τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται. Sine ulla contradictione, [ſeu ſine controverſia] quod minus eſt a *praeſtantiore benedicitur*. Qua ex re idem concludit Paulus, Sacerdotium Melchiſedechi praeſtantius eſſe Levitico [Ib. v. 8. ſqq.] Quis autem hinc non perſpiciat, eum qui praeſtantior dignitate, auctoritateque ſit, plus benedicendo poſſe? Quare Chryſoſtomus in Expoſitione in Pſalmum CXXXIV. num. VII. pagin. 396. Tom. V. Oper. Edit. Paris. ann 1724. docet eſſe πολλὴν τὴν διαφορὰν τῆς εὐλογίας *Multam differentiam benedictionis*. Nam ἄλλως, inquit, ὁ ἱερεὺς, ἄλλως ὁ λευίτης, ἄλλως ὁ λαϊκὸς, ἄλλως ὁ πολὺς λαὸς εὐλογεῖ *aliter Sacerdos, aliter Levita, aliter Laicus, aliter frequens populus benedicit*. Itaque *aliter* etiam Epiſcopus, aliter, in frequenti praeſertim conventu populi, Pontifex Maximus, Paſtor univerſae Eccleſiae, Pater Patrum, cujus eſt plena poteſtas. Quanti vero pendi debeant *benedictiones*, quae in conventu praeſertim, frequentiaque populi dantur, facile dignoſci poteſt ex iis, quae Chryſoſtomus idem *Serm. v. de Anna num.* I. *pag.* 740. *Tom.* IV. *&* *Serm. in Inſcript. Altaris n.* 2. *pagin.* 53. *T.* III. *& Homil. in Sanctum Paſcha num.* 4. *pagin.* 754. *Tom. eod.* quaeque S. Auguſtinus prodit in CXLIX. Epiſtol. ad Paulinum num. 16. pag. 386. Tom. II. Edit. Antuerp. ann. 1700. *Ex delegatione* porro divina *homines Sacerdotes dant benedictionem verbis ſolemnibus*, ut animadvertit auctor *Quaeſtion. Veter. et Novi Teſt. quaeſt.* 109. *ex utroq.*

concesserit aliis Apostolis; ita nec Papa, quia Suc-

Teſt. mixtim. Tom. III. Oper. S. Auguſtini pag 90. in Append. quo Auctore Quaestionum tute, ut vidimus, patrono gloriare. Eodem recidunt, quae a Caesario Arelatensi adnotata sunt. Serm CCLXXXII.. Append. Oper. S. Aug. Tom. v. pagin. 333. et Serm. 286. num. 5. pagin. 337 Jam benedicendo plus valere eum, confiteare neceſſe eſt, cui amplior credita eſt delegatio. Quapropter Episcopis, ut qui Presbyteris superiores ſint, benedicendi cumprimis poteſtatem datam, legimus apud vetuſtissimum Auctorem Conſtitutionum Apoſtolicarum lib. VIII. cap. XXVIII. Tom. I. Apoſtolicor. Patrum pag. 415. ἐπίσκοπος εὐλογεῖ, οὐκ εὐλογεῖται ... εὐλογίαν παρὰ ἐπισκόπων λαμβάνει (ὁ πιστὸς) παρὰ δὲ πρεσβυτέρων οὐδαμῶς. „ Episcopus benedicit, non benedi„ citur ... [Fidelis] ab Episcopis „ benedictionem accipit; a Presby„ teris autem nullo modo „. Confer etiam lib. III. cap. x. pag. 286. et rursum lib. VIII. cap. XLVI. p. 427. Absente vero Episcopo, dari benedictio a Presbytero consuerat; sed hujus non tam plena habebatur, quam data ab Episcopo. Nam is Presbytero benedicendi facultatem aut coarctabat, aut adimebat, aut extendebat, ut opus eſſe arbitrabatur. Qua de re consuli veteres velim, praesertim vero S. Baſilium Ep. CXCIX. Canonica II. canone 17. ad Amphylochium Tom III. oper. pag. 293 et Synod. Regensem an. 432. can. v. pag. 1750. Tom. I. Concil. Edit. Paris. an. 1714. et Agathensem an. 506. can. XLIV. pag. 1003. Tom. II. Concilior. Episcopis cum tanta et dignitate, et auctoritate praestent, ipſi etiam Imperatores caput submittebant benedictionem petentes. Quocirca Hilarius in singulari contra Conſtantium libro num. 10. pag. 450. Tom. II. Edit. Venetae ann. 1750. *Caput*, inquit, *benedictioni submittis*. Paria sunt, quae de Leontio Tripolitano Episcopo Ariano tradit Philoſtorgius in Hiſtoria, cujus locum affert Suidas ad v. *Leontius*. Nam eum numquam invisisse, narrat, Eusebiam Auguſtam Conſtantii uxorem, niſi ea conditione, ut ea advenienti assurgeret, et caput ad benedictionem submitteret. Johannes Chrysostomus Homil. III. ad Populum Antiochenum de Flaviano Antiſtite Antiocheno, qui iter Conſtantinopolim ad Imperatorem inſtituerat, disserens: num. II. pag. 38. T. II. Oper. „ Si peccata, „ *inquit*, in Deum solvendl poteſta„ tem accepit, multo magis in ho„ minem patrata deſtruere, et dele„ re poteiʝt. Princeps eſt hic quo„ que, et quidem illo honoratior. „ καὶ γὰρ αὐτὴν τὴν βασιλικὴν

ceſſor Apostolorum est, poterit dare benedictionem efficaciorem, quam possint alii Episcopi. S. Pau-

„ κεφαλὴν οἱ ἱεροὶ νόμοι ταῖς „ τούτου φέροντες χερσὶν ὑπέτα- „ ξαν. *Etenim ipsum regium ca-* „ *put Sacrae leges ferentes hujus* „ *manibus subjecerunt*, et quando „ aliquid boni caelitus requiritur, „ rex ad Sacerdotem, non Sacerdos „ ad regem confugere solitus eſt. „ Habet enim hic juſtitiae loricam, „ habet et coronam capiti impoſi- „ tam. Splendidior hæc armatura, „ pretiosiora haec arma, major fi „ ducia, major vis. Itaque et pro „ principatus magnitudine, et pro- „ pria magnanimitate, cum multa „ fiducia, et prudentia Imperatorem „ alloquetur „. Mitto Gregorium Nazianzenum Orat. XVII. pag. 270. Edit. Colon. an. 1690. aliosque de quibus disserit Henricus Valeſius in lib. IV. Hist Eccl. Theodoriti cap VI. pag. 134. Edit. Taurin. Quid tu? Fanaticos ne Hilarium, Gregorium Nazianzenum, Chrysostomum fuisse dices, quod haec de Episcoporum, praesertim autem de Antiocheni *benedictione* litteris mandarint? Quod ſi non audes, propterea quod ſit Sacrorum Antiſtitum auctoritas Presbyterornm ſimplicium auctoritate in Eccleſia major; qui tandem audeas fanatismi eos condemnare, qui hoc etiam in genere valere plus, credunt Pontificem Maximum, quem Chriſtus Cuſtodem, Paſtoremque universi gregis conſtituit, cuique plenam poteſtatem Rei Chriſtianae publicae universae gubernandae dedit, ut Patres, ut Synodi etiam Oecumenicae declararunt, utque Catholicus orbis universus profitetur, et praedicat? At Paulo, inquis, cooperatus eſt in Apoſtolatu Chriſtus, ut cooperatus fuit Petro. Quis hoc negat? Sed non eſt inde consequens, ut caput Ecclesiae fuerit Paulus conſtitutus, quemadmodum certe divinitus fuit conſtitutus Petrus; neve concludendum eſt, dictum a Chriſto fuiſſe Paulo, tu es Cephas, et super hanc Petram aedificabo Eccleſiam meam etc. et universim, pasce oves meas, pasce agnos meos etc. quae profecto dicta fuere Petro? Quod si contra pugnas, jam bicipitem Eccleſiam conflabis, quae eſt ab orbe catholico universo jure damnata sententia. Verumtamen addis, non omisisse certe Paulum credentibus benedicere praesente Petro. Quo in monumento vetere id tu legiſti, quod certum eſſe pronuncias? Equidem qua tu confidentia istud scribis, eadem alios scripturos ajo „: non omisisse Titum, „ aut Timotheum, praesente Paulo, „ credentibus benedicere; atque hinc conclusuros, Timotheum, ac Titum fuiſſe Paulo auctoritate in benedicendo pares. Quamquam ſi Anicetus Pontifex Polycarpo Smyrnensi, qui

lus dicit: *qui cooperatus est Petro in munere Apostolatus, cooperatus est etiam mihi*, Galat. cap. II. v. 8.

Ita S. Paulus non omisit certe benedicere credentes, praesente S. Petro, et obstupuisset sane, si Sanctus Petrus, aut aliquis a Petro missus (*Legatus a latere*) voluisset illum impedire, ne benedictionem daret.

Ego credo, quod adoratores fanatici Papae, satis jam sint humiliati. Nunc continuo procedamus contra irrisores.

VI. Irrisores eo pertingunt, ut dicant, quod totus Papatus Romanus nihil omnino firmi fundamenti habeat. Quoniam vero hujus generis homines non omnes stupidi sunt, oportet eos tractare ordine; et rationabiliter. Et ne timete, Domini mei, quod ego velim vobis afferre id, quod non sit evidens, nec timete, quasi ego non distinguam honeste id quod ratione tenetis ab eo, in quo erratis.

Si vos

Romam venerat, honoris causa concesſit, ut in Eccleſia consecraret, (Euseb. lib. v. Hiſtor. Eccl. cap. xxv. pag. 216.) cur Petrus, se praesente, negasset, Paulo, ut populo benediceret, cum nihil tam eſſet Apoſtolis cordi, quam honorandorum consacerdotum, ac pacis, atque concordiae servandae cura? Quod de Legatis a Latere adjungis, indignum homine Catholico eſt, cum id nomen irridere, quod antiquitas probarit, non vereare. Vide Synod. Sardic. an. 347. can. v. latin. VII. pag. 640. et 642. Tom. I. Concilior. Edit. Paris. an. 1714. ubi de Presbyteris Legatis a Pontifice missis ἀπὸ τοῦ ἰδίου πλευροῦ *de latere suo* agitur. De irrisoribus quod adscribis, disjectum a nobis eſt Epiſtol. VI. num. I. pag. 60. sqq.

Si vos dicitis, non esse juste necessarium, ut Episcopus Urbis Romae sit Papa, vos recte, ac ratione dicitis. Nam secundum exemplum hominum celebriorum, magisque piorum, eorumdemque omnium catholicorum, potest libere sustineri: institutione hominum, et non Dei, Episcopum Romanum, et non alium esse nominatum Successorem in dignitate Papali post mortem Beati Petri. Bellarminus ipse id animadvertit lib. 2. de Romano Pontifice capite XII. Editionis Coloniensis Tom. I. pagin. 635. (1) Haec dispositio facta ab hominibus potest denuo ab hominibus ob Ecclesiae utilitatem et Statuum immutari (2). Jam vero sicut initio Ponti-

(1) Confer Epiſtolam noſtram VI. num. 11. pag. 63. ſqq.

(2) Quid eſt niſi hoc immutare, eſt, atque foedare Eccleſiae formam velle? Nam transferre alio Pontificatum, quam Petrus Chriſti voluntate ſtatuerit; idque exequi conari, quod omnes orthodoxi Theologi, Scriptores, Episcopi, Patres (demtis duobus tribusve Scholaſticis) tentari, ſalvo dogmate catholico, negant poſſe; quorſum demum erumpet, ſi tentetur, niſi in maxime magnum malum, hoc eſt in dirum achisma, inque everſionem non exiguae partis Eccleſiarum? Confer rurſum Epiſtolam noſtram VI. num. 11. pag. 63. ſqq. et Anonymus tamen, cum haec tam falsa, tamque inimica Catholicae Eccleſiae proponat ad exſequendum; tum formam Eccleſiae deturpatam vociferatur Epiſtolis Iſidorianis, quae etſi falso adſcriptae Pontificibus fuerint, nil tamen continent, quod aut non acceptum a Patribus ſit, velut eſt a Blondello homine ceteroqui haeretico animadverſum; aut, ſiquid continent non excerptum a Patribus, id tamen nullum afferre religioni detrimentum poſſit. Sed vetus haec Novatorum cantilena eſt. Artemoniani ecce extremo secundo ſeculo ſub Victore adulteratam fuiſse veritatem, faciemque proinde Ecclesiae deformatam conquerebantur. Adisis Euſebium lib. V. Hiſtor. cap. XXVIII.

fices fuerunt electi ab Episcopis, et a Populo, et deinde pariter a Principibus regnantibus; ita nunc hic modus eligendorum Paparum posset restitui. Tam illi, qui a Deo obtinuerunt auctoritatem Apostolicam; quam illi, qui a Deo ipso receperunt auctoritatem temporalem (1), possunt convenire inter se pro bono Ecclesiae, atque Statuum, ut hic nostrorum temporum modus eligendorum Paparum aboleatur; et ut loco Episcopi Romani unus alius Episcopus exaltetur ad dignitatem Pontificalem (2), absque eo quod Cardinales possint sese opponere; nam Cardinalis, (3) in qualitate sua Cardinalis, est extra Hierarchiam stabilitam a Deo; et ita, quoniam ejus dignitas non fuit excogitata nisi ab hominibus, adstringitur sese omnino submittere jussis Episcoporum constitutorum a Deo; et pariter Principum regnantium, qui obtinuerunt gladium a Deo, et qui sunt defensores disciplinae Ecclesiasticae. Non posset hic quaestionem commovere Cancellaria (4) Curiae Romanae, quandoquidem alius quivis

(1) Vide Epist. noſtram VII. n. I. pag 96.

(2) Confer eamdem Epiſt. n. II. pag. 98. sqq.

(3) Vide Epiſt. eamdem p. 112. et num. IV. pag. 113. sq.

(4) Ibid. num. V. pag. 118. Ubinam vero horum ſimilia in *Cancellariam Romanam* in monumentis Synodorum legit? Nihil certe tale aut in Actis Conſtantienſis Concilii, aut in Baſileenſis extat, quibus tamen ab ſe plurimum tribui confitetur, etiam tum cum acephalae eſſent. Reformari quidem eorum Conciliorum Patres, non tolli Cancellariam voluere; at reformari a Pontifice, non alterius cujusquam ſive pri-

Episcopus posset perinde habere aliam curiam suo arbitratu, aut sese dispensare, ne ullam omnino deinceps habeat.

Vobis igitur, Domini mei, plane adsistit ratio, et hoc modo se expressere Galli in Articulis Tractatus Smalkaldici. Rex Galliae in ea est opinione, quod Episcopus Romanus possidet dignitatem Papalem dispositione facta ab hominibus solum, et non a Deo (1).

Vobis item, Domini mei, ratio suffragatur, quod regimen Ecclesiasticum fundatum a Deo debet potius considerari ut republicanum (2) respectu potestatis jurisdictionis supremae, quae extat in communitate Ecclesiae (3); et idem etiam dicit Turne-

vati, ſive in dignitate conſtituti arbitratu. Confer Synod. Constant. Sess. XXXIX. sqq. an. 1417. sqq. pagin. 862. sqq. Tom. VIII. Concilior. Edit. Paris. an. 1754. Quod ſi reformari Cancellariae tribunal oportere putarunt; de Pontificatu tamen Romanae Sedi adimendo, inque Sedem aliam transferendo non modo non cogitarunt, sed ne transferri quidem posse illaesa fide censuere, tum professi fuerint, credere se; „ Jurisdi„ ctionem, et Poteſtatem Summi „ Pontificis, quod caput ſit, et pri„ mus Eccleſiae, a Chriſto, non ab „ hominibus, vel Synodis aliis prae„ latus, et Paſtor Chriſtianorum, „ et ei datae sunt a Domino claves, „ et uni dictum: *Tu es Petrus*, et „ SOLUS IPSE ROMANUS PON„ TIFEX IN PLENITUDINEM „ POTESTATIS *vocatus ſit; alii* „ *in partem ſollicitudinis*. Vide Synod. Baſil. Epiſt. Synod. an. 1432. Tom. eod. VIII. Concilior. p. 1323.

(1) Quam haec ſint falsa, quam„ que injuriosa Regi, Inclitaeque „ universae Gallorum genti conſtat ex iis, quae ſcripſimus Epist. VII. num. VII. pag. 119. sqq.

(2) Confer, quae fuse sum persequutus Epist. eadem num. eod. pagin. 123. sqq.

(3) Vide Epiſtolam eamdem ibid.

Digitized by Google

lius Theologus catholicus. Sed ratio vobis dictat, pag. 125. An regimen republicanum agnovit Irenaeus ſcribens, ut vidimus: omnem Eccleſiam ad Romanam convenire neceſſe eſſe? An ſi republicanum eſſet, Eccleſia principalis Romana eſſet, unde unitas Sacerdotalis exorta eſt; ut S. Cyprianus ſcribit? Jam vero quomodo una Cathedra eſſet Romana, a qua qui ſe divellat, is ſit ſchiſmaticus, et peccator, velut teſtatur Optatus? Quomodo arca, extra quam quicumque ſit, pereat regnante diluvio, quemadmodum affirmat Hieronymus? Qui tandem conſtituta Succeſſio Pontificum a Chriſto Petra eſſet, quam non *vincunt ſuperbae inferorum portae*, ut docet Auguſtinus? Qui ex ea Sede in omnes dimanarent jura venerandae communionis, ut docuit ſeculo IV. Synodus Aquilejenſis; utque profeſſus univerſus Oriens ſeculo VI. fuit Johanni Conſtantinopolitano Patriarchae aſſenſus ſcribenti in libello ſidei ad Hormiſdam Papam? Tom. II. Concilior. pag. 1017. „ Sequentes in omnibus Sedem Apoſtolicam, et praedicamus omnia, quae ab ipſa decreta ſunt, et propterea ſpero, in una communione vobiſcum, quam Apoſtolica Sedes praedicat, me futurum, in qua eſt INTEGRA CHRISTIANAE RELIGIONIS, et PERFECTA SOLIDITAS: „ Qui auctoritas ei *a Domino noſtro Jeſu Chriſto data eſſet, omnibusque proinde Sanctarum Eccleſiarum privilegiis* antecelleret; ut eodem ſeculo Stephanus Lariſſenſis Metropolita, probante Synodo Romana, tradidit? Tom. eod. p. 1115. ſq. Profecto, ſi ita res eſſet, ut Anonymus novator jactat, non „ retineret Sedes Apoſtolica Chriſto Domino delegante totius Eccleſiae principatum „. Synod. Rom. an. 495. Tom eod. pagin. 944. Non eſſe Patres agnoſcent obſtrictos ſe, Sedi eidem ut pareant, quemadmodum agnorunt in Synodo Conſtantinopolitana ſub Mena ann. 536. ut ex hisce illorum verbis liquet: [Tom. eod. pag. 1262.] τῷ ἀποστολικῷ θρόνῳ, ἐξακολουθοῦμέν τε, καὶ πειθόμεθα, καὶ τοὺς κοινωνικοὺς αὐτοῦ κοινωνικοὺς ἔχομεν, καὶ τοὺς αὐτοῦ κατακριθέντας καὶ ἡμεῖς κατακρίνομεν. „ Apoſtolico throno obſequimur, et obedimus, et communicantes cum illo communicantes habemus, et condemnatos ab illo et nos condemnamus „. Quemadmodum autem *Tò republicanum* probaſſet antiquitas, quae ultro profeſſa eſt, apud Pontificem Roman. *Sacerdotii Summam eſſe locatam*? [Vide Epiſt. Bonif. I. ad *Rufum*, *et ceteros Epiſcopos per Macedoniam &c. conſtitutos* Tom. II. Concilior. pag. 1125.] et in Sede Apoſtolica inſpectionem

quod ad tale regimen requiritur necessario Praesidens pro bono unionis, qui etsi non habeat potestatem absolutam in negotiis regiminis; et non solum non audeat sese immiscere rebus suorum conregentium (1); sed etiam debeat submitti toti gremio; gaudeat tamen privilegio exhortandi ad suum proportionatum officium eos, qui illud negligant, et eos jungere unioni.

Et haec est precise ratio, ob quam Salvator, quamquam immediate dederit eamdem potestatem omnibus Apostolis (2), et submiserit Sanctum Pe-

Summi Sacerdotis ἐν τῷ ἀποστολικῷ θρόνῳ τὴν ἐπισκοπὴν τῆς ἀρχιερωσύνης eſſe conſtitutam [Epiſtol. Gallæ Placidæ Auguſtæ ad Theodosium Juniorem an. 449. Tom. II. Concilior. pag. 38.]: et ex ea, scilicet ex Apoſtolici montis cacumine, velut ex Sion legem procedere; Romanumque Episcopum, uti Petrum Apoſtolici chori Principem haberi oportere? [Conſtantinus Pogonatus Augustus Epist. ad Leonem Papam, Tom. III. Concilior. pagin. 1462.] Sed decora Sedis Apoſtolicae, Summorumque Pontificum omnia, quae majorum conſenſione firmata, ad nos usque perduxit traditio; quaeque plane demonſtrant, quemadmodum ſit Eccleſiae regimen a *republicano* discrepans, late describere, non vacat. De Tournelio, quod addit Anonymus, vide quale ſit, Epiſtol. noſtra VII. pag. 125.

[1] Coarguet is Anonymus Petrum, quod cum Hierosolymis eſſet, ubi Jacobus Episcopatum gerebat, rebus ejus Ecclesiae sese immiscere non dubitarit. Ad quem enim coetum spectabant, quae Hierosolymis offerebantur, nonne ad Episcopum? Et Petrus tamen de iis ſtatuit: Actor. Apoſtolicor. cap. v. v. 1. sqq. Rursum Petrus ibid. bene populo precabatur publice: v. 14. sqq. Vide Epist. noſtram VII. pag. 126. sqq.

(2) Cum Anonymus, ut ante vidimus, non probet, niſi quod in Evangelio legerit, cur nobis locum inde aliquem non indicat, ex quo poteſtatis Petri, reliquorumque Apo-

trum universae Ecclesiae (1), et tamen concesserit peculiariter curam pro conservatione unionis, commendaritque, eum variis in locis alloquens, ut repraesentantem alios Apostolos (2).

ſtolorum perspici possit aequalitas? Equidem Petro in Evangelio Eccleſiam inaedificatam; creditum universum populi Chriſtiani gregem; fratres ut in ſide confirmentur, commendatos a Chriſto lego; dictum tale quidquam Apoſtolis reliquis non lego. Provocabis ad Cyprianum, et Hieronymum, sat scio. Verum hi, ut Epiſtola priore pluribus me oſtendiſſe memini, Apoſtolatus honore, ac poteſtate Apoſtolos omnes pares affirmant fuiſſe; non principatus. Ac principatus quidem a Cypriano in Petro ſic agnoscitur, ut inde Petri Cathedra principalis ſit, quod nusquam de ullo alio Apoſtolorum dicit. Idem fatetur, Principatus ejusdem causa, eum, qui locum Petri teneat, adeo Episcopis ceteris Apoſtolorum Succeſſoribus eſſe praeſtantiorem, eos ut possit, ſi quidem in officio se non contineant, de throno dejicere. Hieronymus autem caput fuiſſe Petrum constitutum, atque super Petrum aedificatam Eccleſiam a Chriſto docet ita, ut quicumque cum Petro ipso, ejusque Successoribus non colligat, spargat, ſitque extra arcam, pereatque regnante diluvio. Quoties haec dicenda Anonymo sunt? Vide Epiſt. noſtram VII. num. VIII. pag. 129. sqq.

(1) Equidem in Scripturis, inque Patrum operibus aedificatam a Chriſto Servatore super Petrum Eccleſiam video; Eccleſiae vero subjectum non item video. Rursum Patres repraesentaſſe Eccleſiam Petrum ajunt persaepe; Eccleſiae subjectum, numquam. Quod ſi horum quemquam ſibi praeſidio Anonymus putat eſſe, ejus teſtimonium afferat. Atenim qui demum afferet, ſi ullum ex eorum operibus ne extundere quidem poſſit? Nam quod ex sacris Novi Teſtamenti Libris liquere ait: miſſos fuiſſe in Samariam ab Apoſtolis, qui *Hierosolymis* versabantur, Petrum, et Johannem, cujusmodi ſit, et quo tandem modo intelligendum, oſtensum jam eſt, nihil ut ſit novis argumentis opus. Quod porro supra Anonymus idem objecit, rejectum fuiſſe ad Eccleſiam Petrum, ſi in eum quisquam fratrum peccaſſet, quam ſit alienum, conſtitit ex Epiſtola priore noſtra numer. XV. pag. 60. sq. ubi *Τὸ* dic Eccleſiae, Petro non fuiſſe dictum animadvertimus, atque una ſimul demonſtravimus, quid Chriſtus ipse Petrum alloquens dixerit. Vide etiam Ep. eamdem noſtram VII. n. IX. p. 134.

[2] Hoc item ex Sacri novi Teſta-

Hinc SS. Patres perinde considerant primatum Papae. Nam S. Pacianus (1) dicit clare Epist. III. Dominus dixit Sancto Petro, quod pariter dixerat aliis Apostolis, ut unionem per unum solum firmaret. Et S. Leo Papa (2) animadvertens, quod

P 4

menti Bibliis mihi oſtendi velim. Sed fruſtra Anonymus tempus, inquirendo, teret. Nam Ita eſt Chriſti comparata oratio, ut non ad alios, sed ad unum Petrum spectare videatur. Interrogavit quidem; Servator Apoſtolos omnes; sed Petrus tantum interroganti respondit, nec usquam legitur, eum collegarum etiam nomine respondiſſe. Immo vero ſic Servator idem Petrum eſt alloquutus, ut eum tunc unum appellarit *Beatum*. Cur? Quia, inquit, non caro, „ et Sanguis revelavit tibi. Audin', tibi? At vobis dixiſſet, ſi de omnibus loqui inſtituiſſet. Neque vero *Tò Beatus es* tantum adhibuit, verum mox quoque adjunxit: „ Et ego dico tibi, „ quia tu es Petrus, et super hanc pe„ tram aedificabo Eccleſiam meam, „ et tibi dabo Claves etc. „. Quis autem non plane perspiciat *Tò tu es Cephas*, *Tò* tibi dabo etc., in unum, non in plures cadere? Profecto Chriſtus dum voluit quidquam de omnibus Apoſtolis intelligi oportere, os ad omnes convertit. Vide Matth. cap. XVI. v. 20. sq. et cap. XVII. v. 10. sqq. et 19. sqq. & cap. XVIII. v. 18. cap. XIX. v. 27. sqq. sed Infinitus prope eſſem, ſi omnia Evangeliorum hac de re loca persequi indicando vellem. Non me latet, fuiſſe Doctorum aliquos, qui nomine collegarum responsum a Petro fuiſſe ferrent. Verum hi pariter una voce omnes teſtantur, ob eam confeſſionem, Petrum praelatum Apoſtolis ceteris fuiſſe a Chiſto, et caput Eccleſiae conſtitutum, et succeſſionem Petri Petram illam eſſe, quam non vincunt inferorum portae etc. ut multis eviciſſe me arbitror Epiſt. I. III. VI.

(1) Confer Epiſt. noſtram VII. num. IX. pag. 133. sq.

[2] Vide Epiſtolam eamdem pag. 133. sqq. Sed quoniam Anonymus ad Pontifices Romanos provocat, non gravate feret, si quid hac de re Leonis praeceſſores scripserint, breviter explicaro. Ergo propterea quod Chriſtus oves, agnosque suos fidei Petri curaeque crediderit, eique *tu es* Petrus, dixerit, *et super hanc Petram aedificabo Eccleſiam meam &c.* ejus successores ipsum ut Caput, Rectorem etc. Rei Chriſtianae publicae, praedicarunt, ex eoque Apoſtolatum, et Episcopatum exordium sumsisse docuerunt: Siricius Epist. V. ad Afros

claves Eccleſiae, et eadem poteſtas data fuit omni-

n. I. pag. 651. Tom. I. Epiſtolarum Romanorum Pontificum Edit. Paris. ann. 1721. „ Per *Petrum*, inquit, „ Apoſtolatus, et Epiſcopatus in „ Chriſto coepit exordium „. Idem Epiſt. I. ad Himerium Tarraconenſem n. I. pag. 624. „ Portare B. Pe„ trum onera omnium, qui gravan„ tur „ docet; quare Sedis illius *ſtatuta nulli Sacerdotum Domini ignorare, eſſe liberum*. Innocentius I. Epiſt. II. ad Victricium Rotomagenſem num. 2. pag. 747. *Per Petrum*, inquit, *et Apoſtolatus, et Epiſcopatus in Chriſto coepit exordium*; Et Epiſt. xxx. ad Concilium Milevitanum num. 2. p. 896. „ Per omnes, „ *inquit*, provincias de Apoſtolico „ fonte petentibus reſponſa ſemper emanant. Praeſertim quoties fidei „ ratio ventilatur, arbitror, omnes „ fratres, et coepiſcopos noſtros non „ niſi ad Petrum, id eſt ſui NO„ MINIS, ET HONORIS AU„ CTOREM REFERRE DEBERE, „ velut nunc retulit veſtra dilectio, „ quod per TOTUM MUNDUM „ POSSIT ECCLESIIS OMNIBUS „ PRODESSE. Fiant enim neceſſe „ eſt cautiores, cum inventores ma„ lorum ad duplici relationem Sy„ nodi (nempe Carthaginienſis, et „ Milevitanae) SENTENTIAE „ NOSTRAE STATUTIS SE VI„ DERINT AB ECCLESIASTI„ CA COMMUNIONE SEJUN„ CTOS „. Confer ejuſdem Epiſtolam xxxvII. pag. 910. et Epiſt xxxIv. ad Hieronymum, qui ad ipſum confugerat auxilium poſtulaturum adverſus eos, qui in ſuos Hieroſolymis ſaevierant pag. 908 quo loco, arreptum ſe auctoritatem Sedis Apoſtolicae ad omne comprimendum nefas, promittit: Et Epiſt. xxxv. ad Johannem Hieroſolymitanum p 908. ſqq. Quotus autem quiſque fuit Epiſcoporum, qui minus recte Innocentium, Siriciumque ſcripſiſſe diceret, pluſque tribuiſſe Petro, quam veritas flagitaret? Nemo certe. Quin contra fuere, qui Epiſtolas eaſdem et probarent, et laudarent, ut celebratae ab Auguſtino fuere Innocentii ad Synodos Carthaginienſem, et Milevitanam Epiſtolae uti ſcriptae ſicut oportuerat, decueratque Pontificem Apoſtolicae Sedis Ep. CLXXXV. al. CVI. ad Paulinum num 28 pag. 511. Edit. Antuerp. an. 1700. Tom. II. et Epiſt. CCXV. al. XLVII. ad Valentinum etc. num 2. pag. 604. et alibi. De Petri auctoritate conſulitor etiam Zoſimus Papa Epiſt xII. num. 1. pag. 974 Bonifacius I. Epiſt. ad Rufum Theſſalon. Tom. II. Concilior. p. 1121. Edit. Paris. ann 1714. „. „ B. Apoſtolus Petrus, inquit, cui „ arx Sacerdotii Dominica voce con„ ceſſa eſt etc. Et Epiſt ad eumdem „ ibid. pag. 1122., Paſtor Domini„ carum ovium eſt perpetuus con-

Digitized by Google

bus capitibus Ecclesiae; dicit etiam, quod haec plena potestas aequalis, non fuit peculiari modo commendata Sancto Petro, nisi ut exemplo esset omnibus aliis capitibus Ecclesiae.

Verum est, Domini mei, non posse nos negare, quod, ut dixi superius, Auctores Ecclesiastici saepe fuerunt causa non rectae intelligentiae suis phrasibus figuratis, et aequivocis, dum loquuntur de Primatu Papae (1).

Sed nihilominus is Primatus est fundatus bene in eo, quod ille nihil continet aliud, nisi praerogativam, supplendi, quod alii in munere fungendo negligunt; habendi curam particularem unionis Ecclesiae; et dandi omnibus aliis exemplum observando exacte dispositiones Ecclesiae, et ejus disciplinam; per quem Primatum neque supremi Principes, neque Episcopi quidquam amittunt (2).

„ ſtitutus etc. et Epiſt. ad eumdem ibid. pag. 1125. „ Manet B. Apoſtolum Petrum per ſententiam Dominicam univerſalis Eccleſiae ab „ hoc ſollicitudo ſuſcepta, quippe „ quem, Evangelio teſte, in ſe noverit eſſe fundatam, nec umquam „ ejus honor vacuus poteſt eſſe curarum, cum certum ſit, ſummam „ rerum ex ejus deliberatione pendere &c. „. Jam de Caeleſtino alio loco diximus. Xystus porro Epiſtol. VI. ad Johanuem Antiochenum num. 5. pag. 1260. Tom. I. Epiſtol. Romanor. Pontif. „ B. Apoſtolus Petrus, *inquit*, in Succeſſoribus ſuis, „ quod accepit, hoc tradidit. Quis „ ab ejus ſe vellt ſeparare doctrina, „ quem ipſe inter Apoſtolos primum „ Magiſter edocuit? &c. „

[1] Vide Epiſt. noſtram VII. numer. X. pag. 137.

[2] Primatum Pontificis Romani hisce anguſtiis coarctari, neque tradidit umquam, neque agnovit antiquitas. Confer Epiſtol. noſtram VII.

S. Epiphanius ſcribit, quamquam quivis Epiſcopus habeat ſuam dioeceſim, et unus eorum non ſe intromittat in ea, quae pertinent ad diſtrictum alte-

n. XI. pag 137. ſqq. Vidimus, quid S. Martyr Cyprianus ad Stephanum Papam ſeculo III. de Marciano Arelatenſi repellendo ex Epiſcopatus throno ſcripſerit; Quid Orientales ad Damaſum Pontificem ſeculo IV. ſcribentes petierint, nempe de deponendo Timotheo Epiſcopo, auctoritate Apoſtolicae Sedis, qui tamen Timotheus Epiſcopatu in Oriente potitus fuerat; Quid S. Baſilius Magnus tradiderit memoriae de Euſtathio ſuae Sedi a Liberio Pontifice reſtituto, quin Epiſcopi, a quibus depoſitus, pulſusque fuerat Euſtathius, mutire ſint auſi; Quid Synodus Chalcedonenſis cenſuerit de Theodorito Cyrenſi, quem S Leo Magnus, ſecus atque Patres Epheſini cenſuerant, redire Cyrum, Epiſcopatuque fungi, voluit. Haec multo latius patent, quam fines illi patiantur, quos Anonymus praeſcribi Sedi Apoſtolicae cuperet. Jura Praeterea Italis, Hiſpanis, Gallis, Germanis, Orientalibus ab Julio, a Siricio, ab Innocentio I. a Caeleſtino, a Leone, a Gelaſio conſtituta fuiſſe liquet, non modo non repugnantibus Epiſcopis, atque Principibus, verum etiam ultro obtemperantibus. Quis Auguſtino in mandatis dedit, ut in Mauritaniam proficiſceretur, Eccleſiaſticorum aliquot negotiorum cauſſa, niſi Zoſimus Papa? Confer Epiſt. Aug. CXC. al. CLVII. ad Opiatum num. I. pagin. 532. Tom. II. oper. Quis Juliano Epiſcopo Coenſi, ut Conſtantinopolim ſe conferret, explendae pontificiae legationis ergo, niſi Leo Magnus, Epiſt. LXXXVIII. ad Julianum cap. II. pagin. 337. Tom. II. Oper. Edit. Rom. ann. 1755. Quis Synodi Epheſinae Patres adegit, ut Neſtorium condemnarent, deque dignitate deturbarent, niſi Caeleſtinus, ut ſaepe animadvertimus? Denique, ne nimius ſim, quis Johannem Epiſcopum Philadelphiae Vicarium ſuum in Oriente eſſe praecepit, eique poteſtatem conſtituendorum Epiſcoporum, ac Presbyterorum, eorumque, qui lapſi fuiſſent, deindeque reſipuiſſent collocandorum in Priſtino dignitatis gradu, *idque ex Apoſtolica auctoritate ſibi data a* DOMINO *παρὰ κυρίου per Petrum Principem Apoſtolorum*, niſi Martinus I. orthodoxorum nemine reclamante, aut non plane *conſentiente*? T. III. Concilior. pag. 639. Sed infinitus eſſem, ſi quae vetera monumenta continent, conſectari perceſendo ſtatuerem. Vide Epiſtolam noſtram VII. num. XI. p. 137. ſq.

rius; hoc tamen non obſtante amor (1) ſincerus pro

(1) Auctore igitur Epiphanio, uti cenſes Anonyme, non jure, ſed amore fit, ut unus Epiſcopus queat in alterius ſe Dioeceſim immittere, ſi is alter male ſuo munere fungatur. At quae diſſenſiones, quae offenſiones, quae turbae orientur, ſi alter ille redire ad officium nolit, indigneque ferat, ut is, qui jure careat, ſibi praeſcribat, oveſque ſuas ab ipſo avertere conetur? Quid? Si extiterint aliquando, qui caritate ſe aliorum rebus immiſcuiſſe dicerent, cum ſe immiſcuerint cupiditate amplificandae ditionis ſuae, invadendique in aliorum poſſeſſionem? Sed patere te, ut appellem, Anonyme: ſi Euſebium Nicomedienſem, ſi Georgium Cappadocem, ſi Anthimum, ſexcentosque alios rogaſſes, cur relicta ſua, in aliorum Dioeceſes invaſerint, quid demum putas fuiſſe reſponſuros, niſi id ſe feciſſe amoris ſui erga Nicomedienſes, Alexandrinos, Conſtantinopolitanos oſtendendi, veritatisque firmandae cauſſa, quam quidem veritatem oppugnatam ab Athanaſio Alexandrino, a Paulo, poſtque ab Epiphanio Conſtantinopolitanis vidiſſent? An ignoras, majores noſtros, qui pernoviſſent, quantum ex caritatis iſta ſimulatione in Eccleſias inferretur incommodorum, jam usque a primis nominis Chriſtiani temporibus ediximus ſſe: „ Epiſcopo non licere, ſua parochia relicta, ad aliam „ tranſilire, etiam ſi a pluribus cogatur, niſi ſit aliqua cauſa ratio„ ni conſentanea, quae eum cogat „ hoc facere, ut pote ad majus lu„ crum, cum poſſit ipſe iis, qui illic „ habitant, pietatis verbo conferre, „ et id NON EX SE, SED, MUL„ TORUM EPISCOPORUM JU„ DICIO, ET MAXIMA EXHOR„ TATIONE? καὶ τοῦτο δὲ οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ κρίσει πολλῶν ἐπισκόπων, καὶ παρακλήσει μεγίστῃ (*Canon. Apoſtolic.* XIII. *T.* I. *Concil. pag.* II. *Edit. Pariſ. an.* 1714. Quod ſi hoc non licet, quo tandem modo licebit, uni Epiſcopo alterius ſe Epiſcopi rebus immiſcere, etiamſi proſpiciat, id populis utile cumprimis futurum; ni multorum Epiſcoporum judicio, et maxima cohortatione? Sane S. Cyprianus is, quo tute, etſi falſo, at patrono tamen interdum gloriare, Epiſtola LXVIII. al. LXVII. ad Stephanum Papam, quae I. ponitur inter Epiſtolas Stephani Tom. I. Epiſtolar. Romanorum Pontificum num. 3. pag. 213. „ idcirco copioſum eſſe corpus „ Sacerdotum, docet, concordiae „ mutuae glutino, atque unitatis „ vinculo copulatum, ut ſi quis ex „ collegio (Epiſcoporum) ... gregem „ Chriſti vaſtare tentaverit, ſubve„ niant ceteri [non dicit unus ſuo

Jesu Christo non potest se hujusmodi terminis con-

„ arbitratu] et quaſi Paſtores utiles, „ et misericordes, oves dominicas „ in gregem colligant „. Addit porro „ : Cum Paſtoribus ... per quos „ Dominicae oves negliguntur, et „ pereunt, Dominus comminetur, „ quid nos aliud facere oportet, „ quam refovendis Chriſti ovibus exhibere diligentiam plenam? .. Nam „ etſi Paſtores multi sumus, unum „ tamen gregem paſcimus etc. „. Quo demum modo? Scilicet agebatur de Marciano Arelatenſi Antiſtite, qui ab reliquorum catholicorum Episcoporum consenſione discesserat. Ad hunc coercendum, non ipse cum collegis quidquam ſtatuit Cyprianus. Ad caput, seu ad Eccleſiam principalem, unde unitas eſt exorta Sacerdotalis, nempe ad Stephanum confugit, cujus auctoritate rem perfici oportere norat; atque „: Facere te oportet, inquit, „ plenissimas litteras ad Coepiscopos „ noſtros in Galliis conſtitutos, ne „ ultra Marcianum pervicacem, et „ superbum, ac fraternae salutis „ inimicum, collegio noſtro insul„ tare patiantur „. Quid hoc eſt, niſi confiteri eſt, ad Stephanum pertinuiſſe jubere, cavereque, ne Episcopi Galliarum Marcianum deinceps ferrent? Pergit Cyprianus: [Ibid. num. 3. pag. 213.] Stephanum alloquens „: Dirigantur in Provinciam, „ et ad Plebem Arelate conſiſtentem „ a te litterae, QUIBUS abſtento „ Marciano, alius in ejus locum „ subſtituatur, et grex Chriſti, qui „ in hodiernum ab illo diſſipatus, „ et vulneratus contemnitur, colli„ gatur „. Intellextin? QUIBUS? videlicet quarum vi, communione sacrorum prohiberetur Marcianus, deque Episcopatu deturbaretur. Jam Cornelius Pontifex, quem Cyprianus idem summis laudibus celebrat, cum Episcopos tres ſimplicioris ingenii, oppreſſos crapula, manus impoſuiſſe Novatiano comperiſſet, ita in eos eſſe animadvertendum duxit, ut unum eorum, qui veniam poſtularat, rogatu populi, ad communionem laicam susceperit, reliquis vero duobus dejectis de Sede, ordinarit διαδόχους: SUCCESSORES, quos quidem, inquit, εἰς τοὺς τόπους ἐν οἷς ἦσαν χειροτονήσαντες ἀπεστάλκαμεν: IN EORUM LOCA, IN QUIBUS [illi temulenti] FUERANT, MISIMUS. Epiſt. ad Fabium Antiochenum (Apud Eusebium lib. VI. Hiſt. Eccleſiaſticae cap. XLIII.) Ecquis autem tunc fuit, qui factum id contra jus fasque a Cornelio fuisse diceret? Nemo quidem certe. Immo vero cum tanta fuerit Cornelii apud omnes exiſtimatio, atque celebritas, dubium non eſt, quin jure ipsum egiſſe omnes orthodoxi censue-

tinere. Quare si hic amor exigit, ut in casu necessitatis unus Episcopus adimpleat alterius officia, quae hic alter neglexerit in sua Dioecesi, quomodo non erit necessarium(1), et utile, ut sit unus, supra alios omnes, cui sit impositum onus reparandi neglecta ab aliis officia, et retinendi inter omnes unitatem? Is tamen remanet subjectus aliorum communitati; et alii perinde possunt reparare, quod ille ipse negligit (2).

Episcopi item possunt exhortari Papam, ut suum officium observet (3): totum id quidem, ut

rint. Quid de Julio dicam, qui Athanaſium, alioſque sedibus suis reſtituit, etſi pulsi ex iis ab Synodis Orientalium fuiſſent? Vide Socratem lib. I. Hiſt. Eccl. cap. xv. et cap. xvii. Quid de Liberio, cui Thyanenſis Synodus paruit, Euſtathium Sebaſtenum suae Sedi, unde a Melitinenſi Concilio dejectus fuerat, reſtituente? Confer S. Baſil. Epiſt. ccLxiii. num. 3. pag. 406. Tom. III. Quid de Damaso, a quo Orientales petiere, ut sua auctoritate de throno dejiceret Timotheum Apollinaris sectatorem, etſi is in Oriente obtinebat Episcopatum? Quid de Caeleſtino, de Leone, de Simplicio, de Gelaſio, de Agapeto, de Theodoro, de Martino I. etc. de quibus a me supra eſt accurate diſputatum?

[1] At ſi omnium Episcoporum aequa eſt auctoritas, qui tandem nunc Anonymus secum conſligens studet:

. . . . pugnantia ſecum
frontibus adverſis componere? . .

[2] Hoc quale ſit, vidimus Epiſtol. vii. n. xii. pag. 140. sqq et num. xiii. pag. 143. sqq. et n. xiv. pag. 146.

[3] Rursum ad ingenium redit. Nam qui paulo ante *necessarium eſſe* dixerat, *ut ſit unus ſuper omnes alios, cui ſit onus impoſitum reparandi neglecta ab aliis officia*; subito nunc mutata voluntate, Episcopum quemque alteri cuique, ne Papa quidem excepto, praeficit. Itaque millia inducit Praefectorum, cum tamen unum omnium necessarium esse, non plures ſtatuerit. Jam vero cum Anonymo ipso auctore, ea praefectura in eo solum conſiſtat, ut qui ea polleat, nonniſi hortando reparet neglecta,

Apostoli Hierosolymis, qui cum audissent, quod Samaria acceperat verbum Dei, miserunt Petrum, et Johannem, ut duos subjectos (1) Ecclesiae, in Sa-

inque officio negligentes contineat; idque Episcopo cuique competat; quid erit reliqui, niſi, ut cuique Episcopo ea ſit praefectura attribuenda? Haec vero niſi pugnantia sunt, ecquid erit denique quod contrarium, seu pugnans eſſe videatur? Verum quandoquidem multis demonſtratum eſt, quam late honos, dignitas, auctoritas, poteſtas Romani Pontificis pateat, id equidem nunc omittendum censeo, ne actum agam.

[1] Quonam ex Actorum Apoſtolicorum loco concludes, Anonyme, subjectos fuisse Petrum, et Johannem Eccleſiae eorum, qui erant Hierosolymis? At τὸ ἀπέστειλαν, inquis, οἱ ἐν ἱεροσολύμοις ἀπόστολοι τὸν πέτρον, καὶ ἰωάννην *miserunt Apoſtoli, qui erant Hierosolymis, Petrum, et Johannem*, quod habet Lucas ibidem cap. VIII. v. 14. satis hoc indicat. Praeclare! Te igitur, judice, Spiritus Sanctus *subjectus* eſt Filio, contra atque fides catholica doceat. Quamobrem? inquies. Quia Chriſtus apud Johan. Evang. cap. XVI. v. 7. dicit: πέμψω MITTAM *eum*, Paracletum nempe, *ad vos*. Quid? Magosne, qui Christum adoratum in Palaeſtinam venerant, *subditos* Herodi fuisse dices? Nihil minus? Atqui Herodes *miſit* eos in *Bethlehem*: πέμψας αὐτοὺς *mittens eos* Matth. cap. II. v. 8. Nempe, tua quoque sententia, Absaloni subjectus erat Joabus. Cur? quia in II. Regum lib. cap. XIV. v. 32. Joabo ille dixit: ἀποστελῶ σε πρὸς τὸν βασιλέα MITTAM *te ad Regem*. Sexcenta sunt generis ejusdem, ex quibus plane perspicitur, Τὸ *mittere* non eſſe plerumque *subjectionis* indicium. *Mitti* porro dicuntur etiam ii, qui etſi *subjecti* non ſint, tamen rogati *mitti* se ultro ferunt. Hinc Absalon Joabum alloquens ibid. „ Misi, inquit, „ ad te obsecrans, ut venires ad me, „ et mitterem *te ad Regem &c.* Atque hoc sâne miror, abreptum te eo ſuisse, ut non universae modo, quod concedam numquam; sed etiam ſingulari Eccleſiae, qualis erat tunc Hieroſolymis conſiſtens, Petrum fuisse *subjectum* affirmares, invitis catholicis omnibus. Neque enim omnis Ecclesia tunc coacta ea in urbe erat. Nam permulti quidem, ob persequutionem in chriſtianos ab Judaeis commotam, *dispersi* fuerant, ac *pertransibant* urbes, atque provincias *evangelizantes verbum*, ut eſt cap. eodem Act. Apoſt. v. 4. sqq. memoriae traditum.

mariam. Vide Act. Apostolor. cap. VIII. et Gerson. Tractat. de Pot. Eccl. Considerat. XI. (1) Uno verbo, hae duae propositiones verae remanent semper immotae. 1. Quidquid aliqui credunt, non posse ob-

[1] Tune, Anonyme, audeas ad Gersonem provocare, ac ſi tibi praemonstrarit ad iſtiusmodi errorem viam? An is *De Potestate* Ecclesiastica disserens, non palam, atque aperte, Conſideratione II. scripſit: „ Conſtat datam fuisse Petro plenitudinem poteſtatis a Christo ad „ aedificationem Eccleſiae suae „. Sed fac haud secus, quam tute Gersonius senserit, tamne me esse ineptum arbitrare, ut ei aſſentiar. Equidem non quid ille scripserit, aut dixerit; sed quid Scriptura, traditioque poſtulet, curo. Quid autem eum audiam, cui ne Gallicana quidem Eccleſia in multis eſſe aſſenſionem adhibendam putet? Accipe quid monumentis litterarum mandarit Petrus Aurelius is, cujus opus celebratum a Clero Gallicano fuit. Vindic. Censurae Facultat. Theolog. Paris. Tit. I. de Eccl. Prop. I. pag. 6. Edit. Paris. an. 1632. „ Gerson non Pater Sorbonae, sed filius eſt, cum eum „ ipsa extulerit, et effuderit ex se „ perinde atque alios illuſtres homi„ nes. Hanc ipsimet talem agno„ runt, ut videre eſt ex profeſſione „ iſta, quam quidam ex iis prima„ rius operis sui pene primarii fron„ ti praefixit. *Si in hoc opere, vel* „ *in alio in lucem emiſſo, vel emit*„ *tendo erravero, Sacrosanctae Ro*„ *manae Ecclesiae, et almae Facul*„ *tatis Pariſienſis matris meae* „ *acquiesco judicio, et quod illae* „ *approbant, vel reprobant, hoc* „ *ipsum approbo, vel reprehendo* „. „ Non igitur illius [Sacrae Facultatis] eſt illos audire, sed ipsorum „ illam, nec ab illis approbari, sed „ illos approbare, vel reprehendere, „ ut ipsimet confitentur. Non enim „ plus iis honoris debet, quam Ec„ cleſia catholica iis, quos Patres „ agnoscit suos, quibus tamen non „ penitus adhaeret, niſi cum per eo„ rum consensum Eccleſiae univer„ sae fidem, et Spiritus S. lucem „ introspicit „. Confer quae de Gersonio ſcripſit Mamachius Epist. IV. ad Febronium Tom. III. §. VIII. pag. 445. sqq. et in Prologo ad Josephum Rospiglioſium num. XXXIV. pag. 198. Tom. eod. et num. XXVII. pag. 163. et Epiſt. IV. §. VI. n. XIIX. pag. 458. Tom. II. et §. II. n. IX. pag. 88. sqq. et pagin. 108. sqq. et Epist. II. §. IX. num. XXVIII. pagin. 363. sqq. et pag. 373. et §. III. num. V. pag. 167. sqq. et Epiſt. I. num. V. et VI. p. 82. sqq. et 84. sqq.

tineri, et concedi, nisi a Papa sive pendeat ab ordinatione, sive a Jurisdictione Ecclesiastica, potest etiam obtineri a quolibet Episcopo eadem virtute, et potestate (1). Secundo autem loco: Papa non audet

[1] Poterit ergo obtineri a quolibet Episcopo, ut de gradu deturbet Episcopum male sese gerentem, aliumque ejus ordinari jubeat Successorem, quod fac tum a S. Cornelio, atque ab S. Stephano Pontificibus seculo III., & IV. ab Julio, et Liberio: V. ab Leone: Sexto ab Agapeto, qui, Anthimo rejecto, Menam consecravit: Septimo a Martino I. vidimus. Poterit item concedi a quovis Episcopo (exempli gratia) Theſſalonicenſi Antiſtiti, aut Arelatenſi, aut Hiſpalenſi, aut Syracusano, aut Alexandrino, ut Vicarii dignitate gaudeant quemadmodum id ab Damaso, ab Siricio, ab Innocentio I. ab Zoſimo, a Caeleſtino, a Xysto III. ab Leone, ab Hilaro, a Simplicio, ab Hormisda, a Vigilio, ab Gregorio Magno conceſſum fuit Cyrillo Alexandr. Acholio, Anyſio, Rufo, Anaſtaſio, Theſſalonicenſibus, Patroclo, et Leontio, Caesario, Auxanio, Aureliano, Virgilio, Arelatenſibus; Zenoni, ac Sallustio, Hiſpalenſibus, et Maximiano Syracusano, ut Vicarii Apoſtolicae Sedis in regionibus illis eſſent. Scribet propterea quivis Episcopus hoc modo „: Super cunctas Siciliae (vel Illiryei, vel Galliarum, „ vel Hispaniarum) Eccleſias te Reverendiſſimum virum fratrem, et „ Coepiscopum meum vicem meas „ Sedis miniſtrare decernimus, ut quisquis illic Religionis habitu censetur, „ fraternitati tuae ex noſtra auctoritute subjaceat etc. „, ut ſcripſit ad Maximianum eumdem Gregorius Magnus lib. II. Ep. X. al. IV. nemine prorsus abnuente, aut ajente quid. quam a S. Pontifice litteris fuiſſe traditum secus atque jus posceret. Si autem paria quisquam alterius Sedis Episcopus scribere fuerit ausus, qui risus omnium Orthodoxorum, quae conqueſtiones collegarum, quae indignatio, quae execratio non erit denique? Praeterea, ſi Anonymum audiamus, jure quidem suo Episcopus quisque certiores collegas suos faciet, se centrum unitatis eſſe, atque ex Sede sua venerandae communi onis jura in Eccleſias omnes manare; quamobrem ad se omnes confugiant, sciantque omnes, se (modo suo muneri satisfaciant) eſſe fraterne, ut par eſt, suscepturum. Quid? Si Oecumenicae Synodi ad eum mittent, rogatum, ut ipsarum canones confirmare ne gravetur, quemadmodum Synodus Chalcedonenſis ad Leonem

audet exercere jurisdictionem in aliena dioecesi, exceptis extraordinariis casibus, si unionis conservatio, et aliorum officiorum Pastoralium negligatur ab Archiepiscopis, et Episcopis.

Sed abominabilius est, quod multitudo irrisorum, ut detrahat dignitati Papali, referat (1) semper aliquot Paparum crudelitates, malam rationem ducendae vitae (2), haereses (3), et alias actiones

Magnum Apoſtolicae Sedis Antiſtitem? Sed quid ego haec portenta Anonymi pergam repellere, quae tam inepta sunt, ut contemnenda, atque exsibilanda, non serio refellenda eſſe videantur?

(1) Confer, quae scripsimus Epiſt. VII. num. XIV. pag. 145.

(2) Quis non cernat, haec commemorari conflandae Pontificibus invidiae causa, etſi Anonymus contra ab se agi ſimulet?

(3) Unum mihi velim indicari Papam, qui pro haereſi pugnarit? Scio, ab aliquot scriptoribus accusari nonnullos Pontifices, ac ſi lapsi fuerint: injuria quidem puto, at sunt tamen, qui accusent. Verum nemo unquam fuit, neque eſſe tam impudens, tamque fallax potuit, ut vel inlatas a Romano ullo Pontifice haereses, vel propugnatas diceret, niſi unus aliquis fortasse de haereticorum, Artemonianorum cumprimis, aut schismaticorum colluvie. Nam quod de Liberio, de Honorio, de Johanne XXII. dictitant, inania sunt. Liberii namque apud Athanaſium satis eſt gravis, solidaque defenſio. Honorius autem ſi quid peccavit, conniventia peccavit, non adsertione rerum, quae ab Sergio Patriarcha Conſtantinopolitano, a Pyrrho, et Paulo Monotheletis jactabantur. Quod ſi Johanni XXII. placuit privatim aliquando ea, quae eſt de viſione Dei differenda ad finem seculi, quaeque nondum tunc erat condemnata opinio; eam tamen poſt reprobavit; atque haeſitasse quidem se, numquam tamen ei consensisse, teſtatus publice fuit. Qua de re certissimis, iisdemque illuſtribus monumentis fretus agerem fusius, niſi et temporis anguſtia, et brevitas operis eſſet impedimento. Ceterum ea majorum conſtans fuit, perpetua, ipsaque experientia diuturna firmata sententia „. Habere Sanctissimum Ro-
„ manum thronum hoc etiam ne-

detrimentum afferentes religioni, et rebus publicis, quae reperiuntur in Historia. Papae etiam sunt homines, et obnoxii defectibus. Sed possuntne (hujusmodi irrisores) concludere: ergo Papae: ergo dignitas Papalis non merentur existimationem ullam? Haec classis secunda irrisorum debet contemni potius, quam refutari. Si examinassent hi quidem omnes historiae circumstantias potius, quam indagassent defectus aliquorum Paparum; invenissent profecto Papas etiam sanctiores, et irreprehensibiliores fuisse (1) deceptos a praejudicatis opinionibus tem-

„ mine principatum, quod ab haeretica tabe immunis manſit, καὶ οὐδεὶς τἀναντία φρονῶν εἰς ἐκεῖνον ἐκάθισεν, ἀλλὰ τὴν ἀποστολικὴν Χάριν ἀκήρατον διεφύλαξεν „ nec ullus contraria ſentiens in illo „ sedit; sed Apoſtolicam gratiam in„ tegram conservavit „. Theodoritus Epiſt. ad Renatum S. R. E. Presbyterum pag. 219. Tom. I¹. oper. S. Leonis Edit. Rom. an. 1755. Confer S. Gelas. Epiſt. IV. ad Anaſtaſium Imperatorem pag. 894. Tom II. Conciliorum, et Libellum Fidei Johannis Patriarchae Conſtantinopolitani an. circiter 519. miſſum ad S. Hormisdam Papam Tom. eod Concilior. pag. 1017. et S. Agathonis Epiſt. ad Conſtantinum Pogonatum Imperatorem Actione IV. Synodi Oecumenicae VI. p. 1082. T. III. Concilior. Edit. ejusd. ut sexcentos alios praetermittam, ne nimium longus videar.

(1) Exempla proferat Anonymus, ni velit condemnari calumniae. Ceterum non eſt mirum, ſi hic, aliique, qui sese Illuminatos eſſe gloriantur, cum tenebris ſint involuti, non eſt, „ inquam, mirum, ſi iſti sedem B. Pe„ tri Apoſtoli blasphemare praesu„ munt, qui talia portenta vel corde „ gerunt, vel ore diffundunt, et [Ro„ manos Pontifices] superbos, [de„ ceptos etc.] eſſe pronunciant; cum „ eis prima Sedes quidquid eſt pietatis „ non deſiſtat offerre, illi eam ipso „ protervo spiritu subjugare se posse „ confidunt. Sed captos mente facere „ iſta non mirum eſt. Sic phrene„ tici solent medicantes quosque ve„ lut hoſtes putare. S. Gelas. Epiſt. „ II. ad Fauſtum pag. 886.

porum, et a malis inspirationibus eorum, quos circum se habebant, et maxime a Cancellaria Curiae Romanae; ipsosque sine mala intentione aggressos aliquid fuisse, quod si nunc facerent, crimini ducerent hoc tempore tam illuminato.

VII. Mei concives: veri cognitores Papatus (1) non sunt fanatici, neque irrisores. Dicunt, quod dixit magnus Bessarion, Archiepiscopus (2), et postea

(1) Cenſer Epiſtolam noſtram VII. num. XV. pag. 146. sq

(2) Vide rurſum eamdem Epiſtolam Ibid. pag 146 sqq. Sunt hae quoque Anonymi de Beſſarione nugae hauſtae ex Febronii fontibus. Has refutavit Mamachius, Beſſarione etiam usus teſte. Epiſt. IV. ad Febron. pagin. 372. sqq. not. 2. Tom. III. Hunc consulas, velim. Quod ſi Beſſarionis habenda ratio eſt, habendam autem eſſe ajo maximam, poſt tamen, quam ille, ejurato schismate, in ſinum ſe catholicae Eccleſiae recepit. Equidem rogo, ut ejus epiſtolam καθολικὴν legas, quam ad Conſtantinopolitanos an. 1463 dedit. Extat illa quidem in Collectione Opuſculor. Auctor Arcudii Editor. Romae an. 1630. pag. 343. sqq. Sic autem habet: „ Agnoſcite matrem, et magiſtram. Percurrite volumina. Si „ accurate perpenderitis, Eccleſiam „ Romanam reperietis ſupra omnes „ ſtatim ab initio habere principatum, et adeo univerſae Eccleſiae „ praeeſſe, UT SINE EA NIHIL „ OMNINO ECCLESIASTICARUM QUAESTIONUM, AC „ DOGMATUM ALIQUANDO „ CONCLUSUM, CREDITUMQUE SIT: αὕτη ἐστὶν ἐκείνη, „ ἐφ᾽ ἧ ὁ Χριστὸς τὴν αὑτοῦ „ οἰκοδόμησεν ἐκκλησίαν. αὕτη „ ἐστιν ἡ τὴν πέτρου πίστιν „ συνέχουσα, καὶ τοῖς ἄλλοις „ κηρύττουσα. Οἱ ταύτῃ ἑπόμενοι μόνοι μετ᾽ αὐτῆς ἐκκλησίαν ποιοῦσιν. HAEC ILLA „ REVERA EST, SUPER QUAM „ CHRISTUS AEDIFICAVIT „ SUAM ECCLESIAM. HAEC „ EST ILLA, QUAE PETRI FIDEM TENET, ET CONSERVAT, ALIISQUE PRAEDICAT. QUI EAM SEQUUN-

Cardinalis, pro Graecis Concilio Florentino in haec verba : Nos scimus qualia jura, et quales praeferen-

„ TUR, UNAM CUM EA EC-
„ CLESIAM FACIUNT ; qui ab
„ ea disciſſi sunt, & a sua commu-
„ nione sejuncti, salutem consequi
„ non poſſunt „. Pag. 349. „ Eccle-
„ ſiae Romanae doctrinam, et fi-
„ dem suscipite, ac Pontificem, et
„ Paſtorem ipſius Eccleſiae caput,
„ et Principem, & τῆς πίστεως
„ FIDEI ducem, et doctorem eſſe
„ exiſtimantes, ipsum veneramini,
„ et ductorem itineris, quod ducit
„ ad vitam, sequimini. Nam hoc
„ etiam eſſe ad salutem MAXIME
„ NECESSARIUM ἀναγκαιότατον
„ optime scitis : NOSSE PRO-
„ PRIUM PASTOREM τὸν ποι-
„ μένα ἴδιον τὸν ἑαυτοῦ : PER-
„ NOSCERE CAPUT PLENITU-
„ dinis FIDELIUM, ἐπιγινώσκειν
„ τὴν κεφαλὴν τοῦ πληρώματος
„ τῶν πιστῶν „. Et pagin. 353.
„ Chriſtus legislator meliorem pro-
„ fecto regiminis rationem Eccleſiae
„ suae statuit, PETRUM CON-
„ STITUENS MONARCHAM
„ καταστήσας μονάρχην, & PER
„ IPSUM ejus SUCCESSORES,
„ καὶ δι' αὐτοῦ τοὺς διαδόχους
„ ἐκείνου. *Tu enim*, inquit, *es*
„ *Petrus, et super hanc petram*
„ *aedificabo Eccleſiam meam* : Et
„ rursum : *et tibi dabo claves regni*
„ *caelorum* : et iterum, *pasce oves*
„ *meas, pasce agnos meos* : et ite-
„ rum, *et tu aliquando conversus*
„ *confirma fratres tuos*. Et ne pu-
„ tetis, me novam sanctionem in-
„ troducere, redigite in memoriam
„ quotquot in antiquis hiſtoriis,
„ quotquot in Actis universalium
„ Conciliorum culti, et exercitati
„ eſtis, ὅσην ἐξουσίαν ὁ τῆς ῥώμης
„ ἀρχιερεὺς ἐπὶ πάσης ἔχει τὴν
„ ἐκκλησίαν, QUANTAM PO-
„ TESTATEM ROMANUS PON-
„ TIFEX HABET SUPRA O-
„ MNEM ECCLESIAM „. Et pa-
gin. 355. „ Quid haec omnia signi-
„ ficant, fratres, quam maximum
„ (Pontificia) Romanorum supra
„ totam Eccleſiam principatum, et
„ dignitatem? τί ταῦτα πάντα
„ σημαίνουσιν, ἀδελφοί, ἢ μέ-
„ γιστον τὸ ῥωμαίων ἐφ' ὅλην
„ τὴν ἐκκλησίαν ἀρχήν τε, καὶ
„ ἀξίωμα „. Abi modo, Ano-
nyme, ac ſi frons iſta feret, aude
Bessarionem adscissere patronum ti-
bi. De aliis scriptoribus Graecis au-
ctor tibi sum, ut Mamachii Ep. IV.
ad Febronium legas §. IV. num. XVI.
pag. 361. sqq.

Digitized by Google

tiae pertineant ad Romanam Eccleſiam ; sed nos pariter scimus , quinam sint (jurium eorumdem , praeeminentiarumque) fines . Hi cognitores dicunt idem , quod Melchior Canus (1) (qui sese hic , atque illic

(1) De Melchiore Cano egimus Epist. noſtra VII. num. XVI. p. 149. Jam quae hic Anonymus turbat, Febronio accepta sunt referenda. Neque vero is ego sum , qui Theologorum illorum agendi rationem probem , qui *affectu* , non *judicio* pro Romani Pontificis jure praeliantur. Aſſentior enim Cano Lib. V. Locor. Theologicor. cap. V. Concluſione III. Resp. ad 4. Arg. pag. 184. Edit. Matrit. an. 1760 ajenti . ,, Quid tandem ,, adversus haereticos disputando ille ,, proficiat , quem viderint non judicio, sed affectu patrocinium auctoritatis Pontificiae suscipere ; ,, nec id agere, ut disputationis suae ,, vi, lucem , ac veritatem eliciat? ,, sed ut ad se alterius sensum, voluntatemque convertat ? Non eget ,, Petrus mendacio noſtro , noſtra ,, adulatione non eget ,, . Verum quid hoc ad rem ? Nos enim non ita affecti , atque comparati sumus, ut quae ficta mendacio sunt , oppugnandi cujusquam causa , consectemur . Hoc agimus, ut Scripturarum auctoritate, Traditionisque certiſsimia monumentis, novarum rerum cupidos aut in rectam , quam deseruerint , reducamus viam ; aut ſi pervicaces in errore perſtent, revincamus ita, ut ceteri ab iis, intelligant, ſibi eſſe cavendum . Sed quoniam provocari ab Anonymo ad Canum video , rogo, ut ad haec quoque Cani verba , ex lib. VI. cap. VII. pagin. 214 animum advertat : ,, Non ,, equidem intelligo , quonam consilio ſideles quidam [*ſi modo fideles ſint appellandi*] haereticorum, quam Catholicorum opinionibus favere malint . Nam haeretici video, quid sequantur , ,, nempe vivendi, docendique licentiam, ,, & in his omnibus impunitatem . ,, Volunt sine capite corpus, ut neque pes , neque mens suum officium faciant . Volunt ſine paſtore ,, uno oves , ut cum lupi ipſi ſint, ,, paſtores tamen esse videantur . Volunt ſine judice lites, ut dissidiorum nullus finis ſit, atque ita cum ,, amoto arbitro adversus doctos dimicent , victores a turba judicentur. Turbari demum om ia volunt, quoniam, ut in H ſpanorum ,, proverbio eſt , turbatum flumen ,, piscatorum eſt lucrum ,, . Intellextin', Anonyme? Pergit Canus : Nos ,, communem Catholicorum sententiam sequamur ; tuto enim sequimur , quoniam communis Catholicorum eſt . Praeterquam quod

addicit thesibus, quae gratae, atque acceptae sunt Romae) videlicet : quid ad extremum disputationis circa religionem perficiet aliquis, si post eam (disputationem), haeretici (loquitur ut Theologus) observent, eum defendere potestatem papalem affectione potius, quam persuasione, qua sit convictus? S. Petrus non indiget mendaciis nostris, neque nostris assentationibus .̇ Non solum ille (disputator) nihil efficiet, eum ardore elatus, exaltat excessu quodam potestatem Papae futilibus, et variis figmentis (1) ; sed efficiet etiam, ut primatus Papae, qui vocari in controver-

„ ea sentiunt, quae sacrarum etiam „ Litterarum teſtimonia confirmant, „ Pontificum Decreta finiunt, vete- „ rum Sanctorum chorus concinit, „ Conciliorum Patres affirmant, „ Apoſtolorum traditio probat, per- „ petuus Eccleſiae usus observat etc. At Canus ea plerumque consectatur, quae Romae placent. Quidni? An non id praescriptum a majoribus nostris eſt, ut in re praesertim doctrinae Ecclesiae Romanae conjuncti sint ii, qui catholici et videri, et eſſe velint? Irenaeum cursum lib. III adversus Haereticos Tertullianum in lib. de Praescriptionibus. Auctorem Carminum sane veterem in III. contra Marcionem, Eusebium in Hiſtoria de Origene, Athanaſium de Dionysio Alexandrino, et de Julio, et Liberio. Ambroſium, Synodumque Aquilejensem de Damaso, deque Satyro fratre, Hieronymum de Damaso ipso, Auguſtinum adversus Donatianos, et Pelagianos, Synodos Carthaginiensem, et Milevitanam, Prosperum, Marium Mercatorem, Vincentium, Lirinensem, Synodos Epheſinam, et Chalcedonensem, uno verbo Patres quosque legi volo. Unam omnium quivis intelliget, eſſe vocem, eos, quibuscum Eccleſia Romana non convenit, spargere, non colligere. Recte igitur, apte ad Patrum doctrinam, tuto sese geſſit Melchior Canus. At hinc etiam perspici poteſt, quid demum de Anonymo censendum sit, qui quod Patres univerſi docent, id reprobet, pugnetque Scriptoribus orthodoxis, proptereaquod Patres ipsos audiant, vitio esse vertendum.

(1) Horum habet Anonym. festivam copiam.

siam nequit, odiosus evadat haereticis, sitque irrisus, et exsibilatus. Nam rerum, quae debent verificari, plures hanc habent sortem, ut quando in iis detegitur minima falsitas, confestim totam auctoritatem, atque majestatem perdant (1). Non conflabit porro injuriam, qui repetat fideliter Papae id, quod aliqui Cardinales, et Praelati proposuerunt Paulo III. Vestra Sanctitas comperit id, quod fuit origo totius mali. Hoc est, quia aliqui Praedecessores vestri coacervarunt sibi, juxta expressionem Apostoli, quantitatem Doctorum secundum suum beneplacitum, qui illis assentabantur, qui non ut ab iis (Doctoribus) acciperent, quod facere obligabantur; sed eorum calliditate, et studio licentiam invenirent faciendi quidvis ipsis facere placeret (2). Unde evenit, ut (praeter

(1) Qnid hic aget Anonymus, qui nihil non falſi acribit?

(2) Anno 1538. juſſu Pauli III. Cardinales IV. Contarenus, Carafa, Sadoletus, ac Polus, et Praesules quinque Fredericus Fregoſius Archiepiscopus Salernitanus, Hieronymus Aleander Archiepiscopus Brundus. Gibertus Episcopus Veronenſis, Thomas Badia Magiſter S. Palatii, et Gregorius Corteſius Abbas, conveniſſe feruntur, ut de reſtituenda disciplina, quid facto eſſet opus exponerent. Scripsisse autem eos in hanc sententiam „. Quoniam Sanctitas sua Spiritu Dei erudita, „ [qui, ut inquit Auguſtinus, loqui- „ tur in cordibus nullo verborum ſtre- „ pitu] probe noverat, principium ho- „ rum malorum inde fuiſſe, quod „ nonnulli Pontifices praedeceſſores „ Tui coacervaverunt ſibi magiſtros „ ad deſideria sua, non ut ab eis di- „ scerent, quid facere deberent, sed „ ut eorum ſtudio, et calliditate in- „ veniretur ratio, qua liceret id, „ quod liberet. Inde effectum eſt „ [praeterquam quod principatum „ omnem sequitur adulatio, ut um- „ bra corpus, difficillimusque sem- „ per fuit aditus veritatis ad aures

quam quod quaevis dignitas , superior sociam ha-

,, Principum] quod confeſtim pro-
,, dierint doctores, qui docerent ,
,, Pontificem eſſe dominum benefi-
,, ciorum omnium ; ac ideo , cum
,, Dominus jure vendat id, quod suum
,, eſt , neceſſario sequi , in Pontifi-
,, cem non poſſe cadere simoniam :
,, ita quod voluntas Pontificis qua-
,, liscumque ea fuerit , ſit regula,
,, qua ejus operationes , et actiones
,, dirigantur ; ex quo procul dubio
,, effici, ut quidquid libeat, id etiam
,, liceat . Ex hoc fonte , Sancte Pa-
,, ter, tamquam ex equo Trojano, ir-
,, rupere in Eccleſiam Dei tot abusus,
,, et tam graviſſimi morbi , quibus
,, nunc conspicimus , eam ad despe-
,, rationem fere salutis laboraſſe ,, .
Fuerintne vero haec ab Cardinalibus illis , Praesulibusque litteris tradita ; et conversane ab Anonymo recte de latinis fuerint , non laboro . Hoc dicam breve . Non eum eſſe me , qui aliquot Pontifices in re gerenda nonnumquam peccaſſe negem . Fecere illi, fateor, non quod liceret, sed quod liberet, conſilio uſi doctorum , qui indigni eſſent hoc nomine , incitationeque permoti aſſentatorum . Quinam ii Pontifices fuerint , ex monumentis hiſtoricis plane liquet . Atenim fuiſſe his persuasum , cadere in Petri ſucceſſorem simoniae crimen nequire , non arbitror . Si contra sentit Anonymus , teſtes afferat non indignos , quibus habeatur fides . Nam Cardinales, Praesulesque illi novem , extitiſſe Doctores, qui tale quidpiam tuerentur , dixere ; id vero ſibi eos Pontifices persuasisse , non item dixere . Maximo quidem damno fuiſſe Eccleſiae doctores illos , sane intelligo , cum apud miniſtros Romanae curiae fortasse aut plures , aut non admodum paucos , plurimum eorum valuerit auctoritas . Ceterum qui tandem id opiuionis genus Pontifices probassent , qui noſſent fuiſſe illud horrori superioribus Pontificibus ? Quorum quidem Pontificum , cum plura afferre possimus , teſtimonio tamen erimus contenti uno . Nolo enim lectoribus prolixitate moleſtus eſſe pergere . Cum Bonifacius is , qui VIII. seculo Moguntinam Eccleſiam regebat, Religionemque Catholicam late , longeque in Germania propagarat , certiorem Zachariam Romanum Antiſtitem feciſſet , ad se aliquos, veniſſe qui dicerent , Clericos Romanos , ipsumque Papam traditiones majorum rescindere conari, ſimoniaceque agere ; tantum abſuit, ut Zacharias , labi se , implicarique ejus generis crimine non poſſe affirmaret , quaſi Eccleſiaſtica quaeque ſibi permisisse Deus in poteſtatem ; ut contra in hanc sententiam scripserit : Ep. V. ad Bonifacium n. 11. p. 1887. Tom. III. Concilior. Edit. Paris. an. 1714. ,, . Reperimus in tuis lit-
,, teris , quae nimis animos noſtros

bet adulationem, quemadmodum corpus suam umbram, et veritas semper invenit accessum nimis difficilem ad aures Principum) quod consequenter sese praesentarunt Theologi, qui docerent: Papam esse Dominum beneficiorum omnium Ecclesiasticorum; et sicut omnis dominus jure vendit suum (1), sequi

„ conturbant, quod talia a te nobis „ referantur, quaſi nos contemptores „ ſimus canonum, et Patrum re- „ scindere traditiones quaeramus, „ ac per hoc, quod abſit, cum Cleri- „ cis noſtris in simoniacam haereſim „ incidamus, accipientes, et com- „ pellentes, ut hi, quibus pallia tri- „ buimus, nobis praemia largiantur, „ expetentes ab illis pecunias; sed, „ carissime frater, hortamur carita- „ tem tuam, ut nobis deinceps tale „ aliquid minime scribas; quia fa- „ ſtidiosum a nobis, et injuriosum „ suscipitur, dum illud nobis inge- „ ritur, QUOD NOS OMNINO „ DETESTAMUR. Abſit enim a „ nobis, et a noſtris clericis, ut do- „ num, quod per Spiritus Sancti „ gratiam suscepimus, pretio ve- „ numdemus. ABSIT, ut ſic quid- „ piam a tua fraternitate criminis „ nobis SIMONIACI objiciatur. „ Anathematizamus namque omnes, „ QUICUMQUE AUSI FUERINT „ donum Spiritus Sancti pretio ve- „ numdare „. Sed modum scribendi facere nequirem, ſi omnia Pontificum hac de re decreta persequi describendo decernerem.

(1) Equidem Doctorum illorum opiniones (haud secus, quam factum a Cardinalibus illis quatuor, ac Praesulibus quinque fuerit) respuo. Quid tu, Anonyme? Eosne magiſtros probes, qui auctores Conſtantio fuere, ut ceu dominus, templa expoliaret; vendi faceret; indeque pecuniam corrogaret, quam in rebus piis consumeret, ut ſibi visum eſſet opportunum? Aut Valentiniano II. persuasere, ipſius eſſe omnia, adeoque etiam Eccleſias, opesque Eccleſiarum? Aut Valenti, ut veluti dominus omnium, monaſteria everti juberet, vel permitteret, suo arbitratu? Ac fuisse quidem magistros, qui ejusmodi conſilia iisdem Principibus darent, ex Patrum monumentis liquet. Ariani Doctores, [non enim alios fuisse video, cum his tantum Conſtantius, Valentinianus, Valens magiſtris uterentur) id eis Principibus ſas fuisse, dixere. Nam S. Hilarius in lib. cont. Conſt. num. 10. pag. 450. Tom. II, oper. Edit. Vene-

necessario, quod Papa non potest committere pecca-

tae ann. 1750. ,, Auro, inquit, sanctum Dei oneras, *Conſtanti*, et ,, detracta templis, Deo ingeria ,,. Euſebius Eunuchus Conſtantio ipſi non tam a cubiculo, quam a conſiliis cum esset, haud secus censuit. Itaque Liberius Pontifex eum ſibi pecuniam, pietatis ſimulatione, offerentem ſic eſt alioquutus: (Apud Theodoritum lib II. Hiſt Eccleſiaſticae cap. xvi. pag. 87. Edit. Taur. an. 1748.) ,, Eccleſias orbis terrarum vacuas, ac ,, desertas feciſti, et mihi tamquam ,, noxio eleemosinam affers. Abi, ,, et prius Chriſtianus fias ,,. S. Ambroſius Epiſt. xx. ad Sororem n. 8. pag 903. Tom. III. oper. Edit. Venetae an. 1751. conventum se a Comitibus, et Tribunis narrat fuisse, jussumque, ut *Basilicae fieret matura traditio*. Sic autem illi ajebant ab Auxentio, seu Mercurino Ariano pseudoepiscopo edocti: *Imperatorem jure suo uti, eo quod in potestate ejus eſſent omnia*. Mercurino, inquam, doctore uſi. Nam ut eſt ab Ambroſio eodem in Sermone adversus Auxentium num. 16. pag. 919. Tom. eod. Haec *Episcopi* (Ariani scilicet) *manu scripta, et ore dictata, qui se ut probaret doctissimum, vetus non omisit exemplum &c.* Quid porro petentibus Ambroſius respondit? Si a me peteret (Valentinianus) *quod meum esset, ideſt fundum meum, argentum meum, me non refragaturum*. Verum ea, quae sunt *divina, Imperatoria poteſtati non eſſe subjecta*. Epiſt. ead. num. 8. pag. 903. Rursum Ambroſius scribit ibid. num. 19. pag. 906. ,, Mandatur denique: trade Baſilicam. Respondeo, nec mihi fas eſt ,, tradere; nec tibi accipere, Imperator, expedit. Domum privati ,, nullo potes jure temerare, domum ,, Dei exiſtimas auferendam? Allegatur: Imperatori licere omnia; ipſius ,, eſſe universa. Respondeo: noli te ,, gravare, Imperator, ut putes in ea, ,, quae divina sunt, imperiale aliquod jus habere... Scriptum eſt, ,, *quae Dei, Deo; quae Caesaris, Caesari*. Ad Imperatorem Palatia pertinent, ad Sacerdotem Eccleſiae ,,. Et Serm. contra Auxentium num. 5. pag. 915. ,, Cum esset propoſitum, ,, ut Eccleſiae vasa jam traderemus, ,, hoc responſi reddidi. Me ſi de meis ,, aliquid posceretur aut fundus, aut ,, domus, aut aurum, aut argentum, ,, id quod mei juris eſſet, libenter ,, offerre. Templo Dei nihil posse ,, decerpere, nec tradere illud, quod ,, cuſtodiendum, non tradendum acceperim. Deinde consulere me etiam ,, Imperatoris saluti, quia nec mihi ,, expediret tradere, nec illi accipere. Accipiat enim vocem liberi Sacerdotis, si vult ſibi esse consultum. Recedat a Chriſti injuria ,,. Et num. xxx. pag. 924. ,, Numquid

tum simoniae, adeo ut voluntas Pontificis, qualiscumque ea fuerit, evadat regula suarum actionum, et omnium suorum factorum.

Tales autem veri cognitores Papatus (1), qui lon-

„ de Baſilicis occupandis poſſunt de„ narium offerre Caesaris „ ¿ et numer. XVIII. p. 920. „ Dixi conven„ tus: abſit a me, ut tradam Chri„ ſti haereditatem. Si Naboth Pa„ trum haereditatem non tradidit, „ ego tradam Chriſti haereditatem? „ Sed et hoc addidi: abſit ut tradam „ haereditatem Patrum „. Quod si tu Anonyme eorum Principum Doctores probas, eosdemque culpa liberas; quid eſt, quod magiſtros, quos ſibi Pontifices aliquot coacervarunt, non probes, Pontificesque ipsos condemnandos putes simoniae crimine? Sin contra, Doctores illorum Augustorum non probas, cur Augustos, qui eis sunt assensi, imperialem dignitatem laesisse tacens inficiare; Pontifices autem aliquot, qui malorum magiſtrorum conſiliis ducti fuerint, gravissimi sceleris arguis; fictaeque excusationis specie ita insectere, ac ſi Pontificatui impresserint dedecus, altumque vulnus inflixerint? De Valente, vide, quae supra protuli ex Athanaſio, atque Johanne Chryſoſtomo.

(1) De veris cognitoribus Papatus, vide, quae ſcripſi Epiſtola VII. numer. XVII. pag. 150. sqq. Quod autem de Cardinalibus IV. Praesulibusque V. dat Anonymus, libens accipio. Concedam fuisse illos veros Papatus cognitores. Quid autem ii? An primatu poteſtatis jurisdictionis in Eccleſias universas Orbis terrarum gaudere Pontificem aut negarunt, aut in dubium, contentionemque revocandum putarunt? Nullo modo. Immo vero confeſſi ultro fuere eodem in libello suo, Papam esse *Pontificem universalis Eccleſiae; Vicarium Chriſti, poteſtate clavium praeditum a Chriſto ei conlata; universalem dispensatorem bonorum, beneficiorumque Eccleſiae, conferendorumque Episcopatuum*; uno verbo praeſtantem auctoritate, universae Eccleſiae gubernandae. Summa item auctoritate pollere acceptandarum renunciationum Episcoporum, corrigendorum, reformandorumque morum Antiſtitum, Cleri, Monachorum, Chriſtianorum denique omnium ubicumque versentur; dispensandi in nuptiis inter consanguineos, et indulgentiarum concedendarum &c. Irrepſisse quidem abusus et plures, et ſane graves. His Pontificem mederi potestate sua posse. Itaque conclusere: „ Haec sunt Bea„ tissime Pater, quae in praesentia, „ pro tenuitate ingenii noſtri, colli„ genda eſſe duximus, et quae nobis „ corrigenda viderentur. Tu vero

ge ut a fanaticis, ita ab irrisoribus aberant, omni obsequio honorarunt Papam, ceu illum, qui habet praerogativam habendae, particulari quodam modo, curae conservationis unionis; et cognoscendi, in casu, quo magnum detrimentum unionis Ecclesiasticae exigat, promptum subsidium, quousque possit haberi consensus unanimis Ecclesiae; et faciendi dispositiones, quarum non sit alius finis, quam retentio unionis; sic etiam (1) convocandi Concilii generalis in

„ pro tua bonitate, et sapientia o„ mnia moderabere. Nos certe, ſi „ non rei magnitudini, quae noſtras „ vires longe superat; conscientiae „ tamen noſtrae ſatisfecimus, non „ sine maxima spe, ut sub te Prin„ cipe videamus Eccleſiam Dei pur„ gatam, formosam ut columbam, „ ſibi concordem, in unum corpus „ consentientem, cum aeterna tui „ nominis memoria ... Te ſperamus „ electum, ut nomen Chriſti obli„ tum a gentibus, et a nobis cleri„ cis, reſtituas in cordibus, AEGRI„ TUDINES SANES, OVES „ CHRISTI in unum ovile RE„ DUCAS &c.„ Haec illi. Quod ſi ipſi veri cognitores Papatus fuere; quid erit reliqui, niſi ut Anonymus e *verorum cognitorum* numero deleatur, cum quod illi dignitatis, potestatisque agnorunt in Pontifice, ac tradidere memoriae hominum sempiternae; is negare non dubitet; praedicetque, usurpationis loco eſſe habendum? Id *conſilium* Cardinalium &c. extat cum apud alios permultos, tum apud Natalem Alexandrum *Hist. Secul.* xv. & xvi. *cap.* I. *Art.* xvi. *pag.* 39. *sqq. Edit. Lucenſis an.* 1752. Quod ſi ex operibus Contareni, Poli, Sadoleti, Giberti, Corteſii, qui hoc idem conſilii dedere, colligere teſtimonia de auctoritate, jurisdictioneque Pontificis, atque huc transferre vellem, magis profecto, magisque liqueret, quam ſit Anonymus mendax, qui eos ſibi favere commentus est, quos plane conſtat, fuisse ipſi adversarios, acerrimosque oppugnatores.

(2) Haec Anonymus jactat perinde ac si a Cardinalibus iisdem, Praesulibusque scripta fuerint, quod sane purum eſt, putumque mendacium. Quid ergo illi, annon tale quidpiam? Immo longe aliud. Vide Natal. Alexandrum ibid. p. 40. sqq.

casu necessitatis, eique praesidendi ut primum Episcopum. Quamquam id omne intelligendum sit hoc modo, quod Episcopi possint convenire per se ipsi in Concilium generale, ad quod possint obligari a Principibus Christianis, ut teneant tale Concilium (1), et per eos Papa, ut qui subordinatus sit in-

(1) Ubinam hoc legit Anonymus in Evangeliis, aut in Actis, Epiſtoliſque Apoſtolorum? Profecto ſi sacra Biblia diligenter conſideret, nihil ſimile in eis deprehendere poterit; immo vero comperiet, non eſſe quidquam principibus laicis in conventibus Episcoporum aut convocandis suo arbitratu, aut dirigendis loci. Dum opus fuit, congregata Synodus Hierosolymis est, ut de legalibus judicaret, Imperatore, aut Magiſtratu non convocante, neve rogante. Quid? Si concilia tribus prioribus seculis habita, convocata fuere injuſſu Regum, aut Imperatorum? At reges tunc, Imperatoresque non Chriſtiani, sed ethnici erant, illigati superſtitione idolorum. Fateor. Verum hi non minus auctoritate in republica valebant, quam Principes Chriſtiani possint; neque minus suae eſſe curae arbitrabantur, cavendi, ne jura sua laederentur, quam curae ſit Principibus, qui Chriſtianis se sacris devovere. Hoc chriſtiani Principes sunt consequuti, ut filii cum ſint Ecclesiae, tueri eam adversus hostes debeant; ejus de Religione, deque disciplina decreta defendere; non ei repugnare, neve de fide, deque disciplina eccleſiaſtica quidquam praescribere. Nam Chriſti Salvatoris juſſu, obediendum Praepoſitis eſt, non jubendum. Nam qui Praepoſitos ipsos audit, Chriſtum audit; qui eos spernit, Chriſtum spernit. Norant hoc Conſtantinus, Valentinianus I. Theodoſius Junior, Marcianus etc. Neque vero his aut incompertum erat quid juris eſſet sui, aut non erat curae. De Conſtantino alias. De Valentiano nunc agam, sed paucis. Is, ut eſt apud Sozomenum in Hiſtor. Lib. VI. cap. VII. pag. 209. rogatus nomine Episcoporum Hellesponti, et Bithyniae, ut eos una convenire, deque erroribus repellendis agere, non gravate ferret; respondit: „ Mihi quidem in laico„ rum ordine conſtituto fas non eſt „ hujusmodi negotia curioſius scruta„ ri. Sacerdotes vero, quibus id eſt „ curae ὅπη βούλονται UBICUM„ QUE VOLUERINT conve„ niant „. Is ipse (ut auctor eſt Epiſtol. XXI. ad Valentinianum II. num. II. Ambroſius p. 909. T. III.

tegrae Eccleſiae, non poſſet abeſſe sine gravissimis rationibus; et quod voces Episcoporum oppositae

oper. Edit. Venetae an. 1751) „. Non „ solum respondit, sed etiam le- „ gibus suis sanxit: in causa fidei, „ vel ECCLESIASTICI ALICUJUS „ ORDINIS, eum judicare DEBE- „ RE, qui nec munere impar ſit, „ nec jure diſſimilis. Haec enim ver- „ ba Reſcripti sunt. Saerdotes de Sa- „ cerdotibus voluit judicare. Quin „ etiam ſi alias quoque argueretur „ Episcopus, et MORUM esset exa- „ minanda causa, haec etiam voluit „ ad Episcopale judicium pertine- „ re „. Atque haec quidem Ambro- ſius ad Valentinianum II. scribens, qui Judices a S Antiſtite legi juſſe- rat, quorum coram se de re eccle- ſiaſtica eſſet certatio, ut ipse utri par- tium aſſensio eſſet adjungenda, deci- deret; scribens, inquam, ipsumque juniorem Valentinianum hortans, ut Patrem imitaretur, addensque: „ niſi „ forte vilis quibusdam tanti Impe- „ ratoris aeſtimatur sententia, cujus „ et fides confessionis constantia „ comprobata eſt, et sapientia me- „ lioratae Reipublicae profectibus „ praedicatur „. Theodoſius vero junior in Litteris ad Synodum Ephe- ſinam an. 430. datis. Tom. 1. Con- cilior. pag. 1346. Edit. Paris. an. 1714. „ Candidianum, *inquit*, Domeſti- „ corum Comitem ad Sacram ve- „ ſtram Synodum abire juſſimus; „ sed ea lege, et conditione, ut „ cum quaeſtionibus, et controver- „ ſiis, quae circa fidei dogmata inci- „ dunt, nihil quidquam commune „ habeat. Nefas eſt enim, qui San- „ ctiſſimorum Episcoporum Cata- „ logo adscriptus non eſt, illum „ eccleſiaſticis negotiis, et consul- „ tationibus sese immiscere „. Quod ſi Theodosii arceſſitu Epheſum Epi- scopi convenere, convenere profecto certiore facto Caeleſtino Romanae Eccleſiae Pontifice. Nam eſt in Sy- nodicis Concilii Epheſini ad Caeleſti- num eumdem litteris: oportere omnia ad Scientiam Sanctitatis Pontificis ejusdem referri. *ἐχρῆν ἅπαντα εἰς γνῶσιν τῆς σῆς ὁσιότητος ἀνενεχθῆναι.* Epiſt. inter Caeleſtinianas xx. num. 1. pag. 1166. Tom. 1. Epiſto- lar. Romanor. Pontif. Edit. Paris. an. 1721. Cur enim secus scripſiſſet, ſi tantam Concilium idem auctori- tatem Romano Antiſtiti ineſſe teſta- tum eſt, ut ejusdem judicio senten- tiam in Episcopum Antiochennm Johannem reservandam eſſe ſtatuerit? *τετηρήκαμεν τῇ κρίσει τῆς σῆς θεοσεβείας* Ibid. num. 4. pag. 1174. De Marciano quid dicam? Qui Epi- ſtol. ad Leonem Magnum (Tom. 1. operum S. Leonis pag. 241. sqq. Edit.

voci Papae non amittant quidquam sui valoris per

Rom. an. 1755.) „. Tuam Sanctita-
„ tem, inquit, ἐπισκοπεύουσαν, ϗ ἄρχουσαν τῆς θείας πίστεως „ Superinspectricem, et principa-
„ tum gerentem divinae fidei, Sacris
„ Litteris ἐν πρώτοις *in primis* ju-
„ ſtum ducimus alloquendam, Invi-
„ tantes, et deprecantes παρακα-
„ λοῦντες, ut pro firmitate, et ſta-
„ tu noſtri Imperii aeternam divini-
„ tatem tua sanctitas oret, ut et
„ tale propositum; atque deſiderium
„ habeamus, quatenus omni Impio
„ errore sublato, per celebrandam
„ Synodum σοῦ αὐθεντοῦντος, *tua*
„ *auctoritate*, maxima pax circa o-
„ mnes Episcopos fidei catholicae
„ fiat „. Cuinam porro, nisi Leoni Magno Pontifici Pulcheria Auguſta scripſit: „ Anatolius Conſtantinopol.
„ Episcopus tuarum litterarum Apo-
„ ſtolicam confeſſionem complecti-
„ tur, et Epiſtolae ſimiliter catholicae
„ fidei, quam ad sanctae memoriae
„ Flavianum Episcopum tua Beatitu-
„ do direxit, ſine aliqua dilatione sub-
„ ſcripſit: et propterea tua reveren-
„ tia, QUOCUMQUE MODO
„ PROSPEXERIT, SIGNIFICA-
„ RE DIGNETUR, UT OMNES
„ ETIAM TOTIUS ORIENTIS
„ EPISCOPI, THRACIAE, AT-
„ QUE ILLYRICI, SICUT E-
„ TIAM NOSTRO DOMINO IM-
„ PERATORI PIISSIMO MEO
„ CONJUGI PLACUIT, IN
„ UNAM CIVITATEM VELO-
„ CITER AB ORIENTALIBUS
„ PARTIBUS VALEANT CON-
„ VENIRE, ET ILLIC FACTO
„ CONCILIO, ET DE CATHO-
„ LICA CONFESSIONE, ET DE
„ HIS EPISCOPIS, QUI ANTE
„ HOC SEGREGATI SUNT, SI-
„ CUT FIDES, ET CHRISTIA-
„ NA PIETAS EXIGIT, TE AU-
„ CTORE, DECERNANT? σημᾶναι καταξιώσει καθ' ὃν ἂν φανείη τρόπον, ἵνα πάντες, ϗ πάσης τῆς ἀνατολῆς οἱ ἐπίσκοποι, θρᾴκης τε, ϗ ἰλλυρικοῦ, καθὼς ϗ τῷ ἡμετέρῳ δεσπότῃ τῷ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ τῷ ἐμῷ συζύγῳ ἀρέσκει, εἰς μίαν πόλιν τὴν ταχίστην ἀπὸ τῶν ἀνατολικῶν μερῶν παραγένωνται, κἀκεῖσε γινομένης συνόδου περί τε τῆς καθολικῆς ὁμολογίας, ϗ περὶ τούτων τῶν ἐπισκόπων, οἵ τινες πρὸ τούτου ἐχωρίσθησαν, καθὼς ἡ πίστις, ϗ ἡ χριστιανικὴ εὐσέβεια ἀπαιτεῖ, σοῦ αὐθεντοῦντος, ὁρίσωσι; Viden', ut Imperatrix Leonem Pontificem oret, ut ſigni-

praesentiam, et primam vocem Papae in Synodo;

Sed

ficare dignetur, ut quocumque modo proſpexerit, omnes Episcopi etiam orientis in unam civitatem Synodum celebraturi conveniant? Quamobrem autem? Quia, ut plane ex Synodi Chalcedonenſis Epiſtola Synodica ad ipsum Leonem liquet: ejusdem Leonis (qui invitavit Patres suis litteris ad eas epulas, seu ad Concilium, quod ipse pararat) munus erat, ut ſicut membris caput praeeſſet; quandoquidem ei, uti Succeſſori Petri, vineae cuſtodia a Salvatore commiſſa erat etc. Tom. eodem II. oper. S. Leonis pag. 284. et 285. Atque inde sane consuetudo illa manavit, cujus meminit S. Julius I. P. M. in Epiſtola ad Eusebianos num 21. pag. 386. Tom. I. Epiſtolar. Romanor. Pontif. Edit. Paris. an. 1721., quaeque poſtulat, ut prius ad Romanum Episcopum scribatur, et hinc, quod juſtum eſt, decernatur. Quare Socrates lib. II. Hiſtoriae cap. XVII. et Sozomenus lib. III. cap. X. pro irritis haberi oportere, aiunt, quae geſta fuerint praeter Episcopi Romani sententiam. Scio eſſe aliquos, qui haec, etſi adeo perspicua, aliorsum tamen contorquere conentur. Quid autem hos morer, qui solem meridie lucere negent, ſtudeantque noctem clarissimis rebus obducere? Quotus vero quisque fuit, qui Damaso vitio dederit, quod ad Episcopos Illyrici scribens: conſtare affirmet: „ Romani Pontificis, „ ante omnia πρὸ πάντων expectan- „ dam eſſe sententiam „. Ep. III. num. 1. pag. 486. Confer etiam Siricii Papae Epiſtolam 1. num. 2. pag. 626. Quod ni vetuſtate, constantia, perpetuitate robuſtum eſſe Majores noſtri agnoviſſent; qui tandem Johannes Chrysoſtomus ad Innocentium I. Qui Helladius, et Eutherius Metropolitae ad Xyſtum I. qui Theodoritus ad Leonem Magnum, qui alii ad alios Romanos Pontifices confugiſſent? Et Anonymus tamen, ejusque symmyſtae ad veteres canones provocant. At quod de Synodo convocanda Anonymus turbat „ qui- „ bus canonibus quibus regulis eſt „ praeceptum? Sed [is canonum ja- „ ctator, ejusque ſimiles] secundum „ canones conceſſam Sedi Apoſtoli- „ cae poteſtatem nimirum conantur „ eripere, et ſibimet eam contra ca- „ nones usurpare contendunt. O ca- „ nonum magiſtros, atque cuſtodes! „ [S. Gelaſius Epiſt. II. ad Fauſtum „ Tom. II. Concilior. pag. 885.]. Et paulo ante: „ Nobis opponunt ca- „ nones, dum nesciunt, quid lo- „ quantur. Contra quos hoc ipso „ venire se produnt, quod primae „ Sedi sana, rectaque suadenti, pa- „ rere

Sed quod hi Episcopi possint efficere , ut valeat co-

„ rere fugiunt etc. Sed quid multis opus eſt ? Graeci ipſi , Orientisque ceteri Patres , juris eſſe Episcopi Romani confeſſi sunt , ut de cogendis Synodis aut ipse ſtatuat , aut certior fiat , atque consentiat. Quod ni ita eſſet , qua demum confidentia , ut ceteros praetermittam , Sanctus Theodorus Studites seculo VIII. scripsisset ; [Lib. I. Epiſtol. XXXIII. ad Leonem III. pagin 240. T. V. Operum Sirmondi Edit. Venetae an. 1728] ,, Orthodoxam Synodum absque cognitione Pontificis Romani cogi non „ poſſe , ὡς τὸ ἄνωθεν κεκρατηκὸς „ ἔθος UT MOS ANTIQUUS „ OBTINET ? Et Epiſt. XXXIV. ad eumdem pag. 241. „ Synodus apud „ nos publica celebrata eſt , o Beatiſſime , iis etiam , qui magiſtratum gerunt , una conſidentibus , „ et Synodus ad condemnationem „ Evangelii Chriſti , cujus tu claves „ ab ipsomet accepiſti per intermedium Principem Apoſtolorum , et „ ſucceſſores , usque ad eum , qui „ Sanctiſſimum tuum caput antecesſit . Et Epiſt. XXXV. ad Theodotum Archimandritam p 246. ibid. „ unum eſt conſilium noſtrum et deſiderium . Synodice per Supremum „ Apoſtólicum , SICUT A ET SUPERIORIBUS , ET AB INITIO „ FACTUM EST : ὥσπερ ἐπὶ τῶν „ ἄνωθεν , καὶ ἐξ ἀρχῆς damnari „ eos , qui , contra Evangelium Chriſti , coetum inierunt „ . Et Lib. II. Epiſt. CXXIX. ad Leonem Sacellarium pagin. 462. poſt ubi dixit , poteſtatem summam occidentali Patriarchae [nempe ob Sedis primatum] deferri indicendae , habendaeve Synodi Oecumenicae ; tum „ . Pacem , inquit , conficiat Rex , et „ conjunctionem , Synodicas suas ad „ primae Sedis Praesulem mittendo . „ Quod ſi hoc minime probat , de„ flexitque , ut ipse [Rex] ait a „ veritate Nicephorus Patriarcha , „ mittenda eſt ad Romanum ex utra„ que parte Legatio , et inde acci„ piendum τὸ ἀσφαλὲς τῆς πίσ„ τεως , INFALLIBILE FIDEI „ . Sed omnia persequi et longum eſt , et minime neceſſarium . Quod porro addit Anonymus: Episcopos per se ipsos , (scilicet non ante consulto , neve probante Romano Pontifice) convenire in Synodum Oecumenicam poſſe , cujusmodi rogo eſt ? Annon hoc proxime vidimus , et primatui , quo Pontifex gaudet , et diſciplinae veteri repugnare ? At obligari a Principibus Chriſtianis poſſunt , inquit , atque ita dicit , ut haec se ab Cardinalibus illis quatuor , Praesulibusque quinque accepiſſe videatur , qua re nihil fingi

rum conclusio sine confirmatione Papae ; et quod

poteſt calumnioſius, quum illi nihil umquam tale aut scripserint, aut dixerint, aut cogitarint. Obligari autem? Hancine ille vocet libertatem Eccleſiae ? Convocatos quidem interdum commodi caussa Episcopos olim ad Synodos ab Imperatore orthodoxo fuisse, facile concedo; verumtamen non vi, sed eorum voluntate, salvo tamen ordine disciplinae, qui ferret, ut certior Pontifex Romanus fieret, utque nec comes accederet, nec judex comminaretur, sed Dei timor sufficeret cum Apostolica conſtitutione. Confer S. Athanas. Histor. Arianor. ad Monachos num. XXXVI. pag. 288. Edit. Patav. an. 1777. et quae supra deſcripſi de Pontificum, et Patrum conſenſione. De *subordinatione* Papae quod adscribit, quonam, rogo, Patrum teſte, poterit umquam confirmare Anonymus ? Quod ſi qui usquam fuissent, qui tale quidpiam censuissent; quo demum modo, ne Orientalibus quidem, qui Acacio adhaerebant, contra quidquam dicentibus, haec S. Gelaſius quinto Eccleſiae seculo, nihil haeſitans litteris commendaſſet? „ Ipſi sunt canones, „ qui appellationes totius Eccleſiae ad „ hujus Sedis examen voluere deferri; ab ipsa vero nusquam prorsus „ appellari debere, sanxerunt ; ac „ per hoc illam de tota Eccleſia judicare ; ipsam ad nullius commeate judicium, necde ejus umquam „ praeceperunt judicio judicari ; sententiamque illius conſtituerunt non „ oportere dissolvi, cujus potius decreta sequenda mandarunt. In hac „ ipsa causa Timotheus Alexandrinus, et Petrus Antiochenus, Petrus, Paulus, Johannes [Monophysitae] et ceteri, non solum unus, „ sed plures utique nomen Sacerdotii „ praeferentes, sola Sedis Apoſtolicae sunt auctoritate dejecti, cujus „ rei TESTIS etiam IPSE DOCETUR ACACIUS, qui praeceptionis hujus extitit executor. Nobis „ ausi sunt facere canonum mentionem, CONTRA QUOS SEMPER AMBITIONIBUS ILLICITIS FECISSE MONSTRANTUR ? Qua ipſi Synodo, vel secundum cujus Synodi formam Alexandrinum *Johannem* [*Catholicum*] de Eccleſia, cui ordinatus „ fuerat, expulerunt ? Quod ſi dicunt, Imperator hoc fecit : hoc „ ipsum quibus canonibus, quibus „ regulis eſt praeceptum „ ? Praetereo plura Majorum loca, quae afferentur, si Anonymus pergat laedere. Interea legito *relationem Episcoporum* ad Theodoricum Regem optantem, ut Symmachus Pontifex ab Synodo in judicium vocaretur. T. II. Concil. Edit. Paris. an. 1714. pag. 973. sqq. & Epiſt. Theodorici Regis ad Episcopos ibid. pag. 974 & Epiſt. Aviti Archiep. Viennenſis ad

denique Concilium convocatum a Papa non afferat

Senatores Urbis Romae ibid. pag. 981. Indigne praeterea ferendum eſt, quod adjungit Anonymus de Papa, qui cogi debeat, ut Synodo interſit, niſi graves cumprimis, validaeque rationes obſtent. Nam quod vetus consuetudo atque adeo disciplina non patitur, idne, arbitratu noſtro, inducendum in Eccleſiam erit? Quid autem vetus consuetudo poſtulet, oſtendi Epiſt. VII. num. XVII. pagin. 151. sq. Vide, quae ann. 347. Sardicenses Patres ad Julium I. Pontificem scripsere de cauſis, ob quas Papa Synodis, quae longe ab Urbe celebrentur, non interſit. Quarum certe cauſarum, quae eaedem continenter manent, habenda semper eſt ratio. De Sententiis Episcoporum in Synodo, deque Synodorum earumdem confirmatione, consule Epiſt. noſtram VII. n XVII. p. 150. sqq. At cavendum, ait Anonymus, ne Synodus a Pontifice convocata quidquam afferat *praejudicii juribus* Principum, et Episcoporum. Eſt id etiam excogitatum conflandae invidiae cauſa; quaſi vero Oecumenica Synodus Papae juſſu congregata in Spiritu Sancto decernere aliquid poſſit, aut velit, quod juribus divinitus conſtitutis quidquam afferat detrimentorum. Id profecto ne fando quidem umquam audivit antiquitas; quae sane Synodos semper credidit instinctas Spiritu Sancto decernere. Conſtantini Auguſti litteras ad Episcopos Catholicos poſt Arelatensem I. Synodum scriptas conferri volo. (Tom. I. Concillor. ad ann. 314. pagin. 268. Edit. Paris. ann. 1714.) In his: „dico, *inquit*, ut se veritas „ babet. Sacerdotum judicium ita „ debet haberi, ac ſi ipse Dominus „ reſidens judicet „. Sed non ita censent novi Eccleſiae oppugnatores imitati Donatianos, de quibus idem Auguſtus „ Quid, *inquit*, sentiunt „ maligni homines officia diaboli? „ Perquirunt secularia, relinquentes „ Caeleſtia &c. Et apud Euseb. de Vita Conſtantini lib. III. cap. XX. pag. 530. Edit. Taurin. idem Imperator: „ Quidquid, *inquit*, in San„ ctis Episcoporum Conciliis geri„ tur, id omne ad divinam referen„ dum eſt voluntatem „. Verumtamen, Anonymus, cui tantum lucis hoc seculo affulſit, imperitiae, credo, arguet Conſtantinum Magnum reparatorem reipublicae Populi Romani, quasi is ignorarit, quid juri suo esset pertimescendum. Sed pergamus. Novi quid seculo XV. de Baſileenſi conventu actum in Galliis fuerit. Verum id Concilium a legitimo Pontifice desciverat. Fuerunt, qui ab Tridentina Synodo de Gallicanis quibusdam libertatibus nonnihil detractum suspicarentur. At his, quid, rogo, Episcopi

praejudicium juri Principum supremorum, et Epi-

Gallicani responderunt? Judicibus ne laicis permitti id oportere et ad expendendum, et ad dirimendum? Minime sane gentium. Immo vero an. 1581. 17. Julii ſignificarunt Regi, ſi quid esset, quod objiceretur SOUS COULEUR DE QUELQUES ARTICLES CONCERNANS LA LIBERTE DE L'EGLISE GALLICANE, id poſſet eſſe GRACIEUSEMENT TEMPERE AVEC LA PERMISSION DE NOTRE SAINT PERE LE PAPE. Tom. XII. Actor. Cler. Gallic. Edit. Paris. ann. 1740. pagin. 77 sqq. Tale quidpiam repetendum duxere an. 1585. Ibid. p. 108. sq. Qua de re confer Mamachium Epiſt. ad Josephum Roſpiglioſium T. III. Epiſtolar. ad Febron. pag. 96. sqq. Non fugit Ecclesiam, quid ad jus pertineat Episcoporum, ac Principum; cumque spiritu Sancto regatur, ut fides orthodoxa docet, non eget laicorum, ne hoc quidem in genere, magisterio, atque inſtitutione. Nam quod Anonymus, ejusque symmystae ajunt, pacem eſſe servandam populorum, quo demum spectat? Plures enim video et fuisse olim, et etiamnum esse, qui cum Principes oderint, turbarique omnia cupiant; tum Principibus ipſis persuadere conentur, nihil ſibi magis esse cordi, quam pacem. At hi viderint, quam pacem cupiant. Jactabant etiam Ariani, ut eſt apud Hilarium in lib. adv. Conſtantium num 5. pag 446. Tom. II. Edit. Venetae ann. 1750. jactabant, inquam, *unitatem se procurare*, ut jactat Anonymus; sed id re agebant, *ne pax esset*. Qui Conſtantio assentabantur, incitabantque eum majorem in modum, ut Episcopos orthodoxos ab Eccleſiae Catholicae doctrina averti compelleret; eum induxere, ut in Synodo Mediolanenſi anno 355. habita, palam diceret: *pacem se velle firmari in suo imperio*; cum certe *cuperet violari revera dominicam fidem*. Quare catholicis ipſis Episcopis, *pacem volo fieri ajebat, ipsosque esse inimicos pacis, hoſtes unitatis, adversarios etiam fraternae caritatis*. Confer Luciferi Calaritani Opusculum *de non Conven. cum Haereticis*. Simile quidpiam Anaſtaſio Auguſto Acaciani persuaserant. Itaque vereri ſimulabat se, ne ſi e sacris diptychis nomen Acacii deleretur, summa in Principe Imperii urbe perturbatio oriretur, atque confuſio. Quid autem ad haec S. Gelaſius? [Epiſt. IV. ad eumd. p. 894.] „ Si pietas tua unius civitatis populum neget posse pace componi; „ quid nos de totius Orbis terrarum sumus universitate facturi, si „ [quod absit] noſtra fuerit praevaricatione deceptus? Si totus correctus eſt mundus, profana patrum „ suorum traditione despecta, quomodo non corrigatur unius civita-

scoporum; sive ratione loci, sive circumstantiarum aut personarum, quae possunt per accidens vocari. Nam hoc praecise est totum id, quod confert, et pertinet ad sustinendam unionem.

Honorabunt in Papa illum, qui ut primus Episcopus est, et exemplar eorum, ita est item primus in observandis antiquis legibus Ecclesiae, primus in iis exequutioni mandandis; et qui debet prius sese excitare, quam defensores tam Sanctae Ecclesiae, quam hujus bonae disciplinae, muniti gladio Dei, adhibeant modos efficaciores, et selectiores ad restituendam hanc disciplinam. Oportet igitur praedicere, quomodo Papa recipiendus sit ab his, qui vere eum cognoscunt, et honorant.

Absque eo quod curetur', qua ratione Papae fuerint recepti medio aevo; ei facient suam reverentiam tanta cum veneratione, et modestia, ut consueverunt eam facere coram uno alio Episcopo; et ut gratias agunt alteri Episcopo ob suam benedictionem.

Non est porro praesumendum, quod Papa veniet in sua qualitate Papae, et pro aliqua ratione

„ tis populus, si praedicatio fida succedat? Ergo, gloriose Imperator, „ nolone ego Eccleſiarum pacem, „ quam etiamſi cum mei sanguinis „ impendio provenire posset, amplector? Sed precor te, cujusmodi debeat esse pax ipsa, non utcumque, sed veraciter, Chriſtiana „ mente libremus &c. „ Sed hac de re satis dictum est.

sui muneris; quia damnum divisionis non reperitur non solum apud nos, qui ab eo (damno) longe absumus; sed etiam e contra unio reperitur adeo tuto firmata, ut abolitio abusuum, et introductio bonae disciplinae Ecclesiasticae jungat melius concordiam, inter Christianos in fide, et bonis moribus, sitque simul in statu reuniendi disjunctos.

Venit igitur Papa aut veluti extraneus Princeps, quo in casu nos scimus, quomodo recipi extranei Principes debeant; aut venit velut Episcopus, et perinde nos scimus, quod Episcopi extranei (1),

(1) Restat quod Anonymus addit, de Papa. Vide Epiſt. noſtram IV. pagin. 18. sqq Eum tractandum dicit esse ſic, ut *extraneum quemque Episcopum*. Nemo eſt autem, quin plane intelligat, schismatici haec esse hominis; neque vero schismatici solum, sed etiam haeretico spiritu concitati Romanus enim Episcopus ecquis eſt, obsecro, ut orbis catholicus profitetur, estque definitum ab Synodis Oecumenicis, nisi, *Caput*, *Rector*, *Gubernator*, *Paſtor Eccleſiae universae* conſtitutus a Chriſto? Quid? *Extraneumne* licebit dicere partibus corporis *caput*; *pastorem gregi*; *Rectorem*, *Gubernatoremque reipublicae*? *Extraneum*, qui Cathedram Petri tenet, Eccleſiamque principalem regit, unde unitas eſt exorta sacerdotalis, et in omnes venerandae communionis jura dimanant? Ecquid superest, Anonyme, quoniam extraneum tibi Pontificem esse praedicas, nisi ut sejunctum a centro unitatis catholicae, atque adeo schismaticum te esse confiteare? Quid? Negeasne Pastorem esse gregis universi Christiani, Rectorem, Gubernatoremque Papam? At id negare quorum nam tandem eſt, niſi haereticorum? Quemnam vero tu Patrem, quam Synodum, quem Imperatorem catholicum aut Regem fuisse, arbitrare, qui Papam ut hominem extraneum haberi pateretur, aut non secus, quam quemvis Episcoporum recipi oportere judicaret? Nullum profecto. Immo omnes una voce tam ei se junctos teſtati, jam usque ab initio Christiani nominis, sunt; ut ipsum et caput esse suum, et coryphaeum, et radicem unitatis, et Patrem, et Doctorem, et sollicitu-

Digitized by Google

et novitèr pervenientes non debent se immiſcere ne-
R 4

dinem habere Ecclesiarum omnium, et plenitudine poteſtatis pollere, agnorint, ac praedicarint, velut eſt a nobis hisce nostris Epistolis demonſtratum. An Honorius, haud aliter, quam quemvis alium Episcopum Innocentium I. Ravennam ad se venientem excepisset, quem sciret a Populo orthodoxo, atque ab Episcopis etiam *caput* haberi, *apicemque Episcopatus*? [Confer Innoc. I. Epistol. xxxviii. pag. 910.] An Theodosius Caelestinum, quem norat, ita esse praefectum Episcopia omnibus, ut non solum Thessalonicensi, Arelatensi &c. verum etiam Alexandrino, ceu inferioribus, vices suas committeret, [Caeleſt. Epiſt. xi. ad Cyrillum Alex. num. 4. pag. 1106. et Epist. xiii. ad Nestor. num. 11. pagin. 1130. & xiv. ad Populum Conſtantinopolitanum num. 8. p. 1106.] quo ipſi munere gloriabantur: utque vel ipsis Oecumenicia Synodis veluti caput membris praeſideret, atque etiam praescriberet? [Consule Synod. Ephes. Action. I. pag. 1422. T. I. Concilior. Edit. Paris. an. 1714. et Action. II. pag. 1471. et III. pagin. 1478. & Epiſt. Synodica ad Caelestinum n. 1. & 4. sqq. pag. 1166. et 1174. Tom. I. Epiſtolas. Rom. Pont.] An Valentinianus III. Leonem Magnum, quem ab Episcopis *Dominum Apostolicum*, *ſibique*, poſt *Dominum, plurimum colendum* dici [Epist. Paschas. Episc. Part. II. oper. ejusd. S. Leonis pag. 18.] cognorat; quemque ipse Imperator praeditum esse in Eccleſia *auctoritate* praecipua, ut qui Successor sit Principis Episcopalis Coronae B. Petri [Novella ad Aetium ibid pag. 45.] quemque *principatum Sacerdotii ſuper omnes* [Epiſt. ad Theodos. ibid. pagin. 201. & Ep. Gallae Placidiae matris Auguſtae ad eumdem Theodos. ibid. pag. 204. & Epiſt. ad Pulcheriam Ibid. pag. 210.] obtinere profitebatur? An Marcianus eidem Leoni non plus honoris, quam cuivis alii ad se venienti, habuisset, cujus sanctitatem ultro pronunciarat, *principatum in Episcopatu divinae fidei possidere*, cujusque αὐθεντοῦντος *auctoritatem gerentis* opera, Synodum celebrari, pacemque reſtitui confidebat; [Epiſt. ad Leon. Ibid. pagin. 241. sq.] quemque Episcopis etiam in Synodum Oecumenicam coactis *uti caput membris*, *patremque filiis praeesse*, *cuſtodemque vineae* Domini divinitus conſtitutum, sine dubio, esse credebat? (Vid Epiſt. Synodicam Concil. Chalced. Ibid. pagin. 284. sq.) Quid? Si ne Attila quidem etsi barbarus Rex, etſi Arianus, se adeuntem Leonem ipsum ceu parem Episcopis ceteris poteſtate admiserit? Nihil de Theodorico Go-

gotiis Episcopi loci, neque omnino exigere, particu-

thorum Ariano Rege dicam, cujus erga Symmachum Pontificem reverentia non obscura fuit. Ne ſim nimius, de uno Juſtiniano tunc catholico Imperatore, agam. Isquam pie, quamque honorifice Agapetum Episcopum Romae excepit? Etſi principio Juſtinianus idem Theodorae conjugis, quae Severianis partibus studebat, suasu, in eum Pontificem commotus fuisse videretur, propterea quod Pontifex idem Anthimum Patriarcham, item Severianum, dignatus non esset communicatione sacrorum; non post multo tamen, veritate perspecta, Agapetum ipsum tanti fecit, ut ab eo, velut a Capite Episcoporum omnium, dejici de dignitate Anthimum, expellique ex Ecclesia, ejusque loco consecrari, Agapeti ejusdem auctoritate, Menam Antiſtitem Urbis Imperialis ultro pertulerit; quemadmodum eſt a Liberato [Breviar. cap. xxi. sq. Anaſtas. Bibliothec. in Agapeto num. iv. pag. 203. lib. Pontifical. Edit. Rom. an. 1724. Tom. I. & Synod. Conſtantinopol. sub Mena T. II. Conciliorum p. 1196. ubi Archimandritae Monaſterior. Conſtantinop. & Hierosolymor. & Aſiae ſic ad Juſtinanum eumdem scribunt: „ Miſit Deus huic civitati Agapetum „ Pontificem Antiquae Romae in depositione Anthimi, et praedictorum „ (haereticorum Severi, Zoarae &c.) „ tamquam olim Petrum Magnum „ Romanis in depositione Simonis „ Goetiani. Iste ergo vir honorabilis „ Agapetus.. NEQUE AD VISUM „ SUSCIPERE VOLUIT ANTHIMUM furentem adversus Canones; sed hunc juſte EJECIT de „ Sacerdotali Sede civitatis suae, „ coopitulante, et coadunato catholicae fidei, et divinis canonibus „ veſtro Imperio; PRAEFECIT „ IPSI ECCLESIAE SANCTISSIMUM MENAM &c. „. Confer etiam pag. 1206. et Epiſt. Episcopor. Orientis ad Agapet. ibid. pag. 1222. et Synod. ejusd Act iv. p. 1258. seqq. et 1262. . Neque mirum videri debet exceptum tam honorifice fuisse Agapetum ab Juſtiniano. Nam is (imitatus Theodoſios, Honorios, Valentinianos, Marcianos, Juſtinos Auguſtos) antea scripserat ad Epiphanium Episcopum Conſtantinopolitan. [Cod. Lib. I. Tit. 1. de summa Trinit. &c. L. 7.] „ In omnibus servato ſtatu unitatis Sanctissimarum Eccleſiarum „ cum ipso SS. Papa veteris Romae, „ ad quem ſimilia hisce perscripſimus; nec enim patimur, ut quidquam eorum, quae ad Eccleſiaſticum spectant statum non etiam „ ad ejusdem referatur beatitudinem, „ QUUM EA SIT CAPUT OMNIUM SANCTISSIMORUM „ DEI SACERDOTUM „ et §. ejusd. legis vi. Ep. ad Johan. II. Papam: „ Omnia, quae ad Ecclesiarum

lares honores; propterea quod, extra casum necessitatis, Papa ut talis, non potest se immiscere negotiis unius Episcopi, neque ipsum laedere in suis juri-

,, ſtatum pertinent, inquit, feſtinavi- ,, mus ad notitiam deferre veſtrae ,, Sanctitatis, quoniam semper no- ,, bis fuit magnum ſtudium, unita- ,, tem veſtrae Apoſtolicae Sedis, et ,, ſtatum Sanctarum Dei Eccleſiarum ,, cuſtodire... Ideoque omnes Sa- ,, cerdotes universi Orientalis tra- ,, ctus, et SUBJICERE, ET UNI- ,, RE SEDI VESTRAE SANCTI- ,, TATIS properavimus, quae caput ,, eſt omnium Sanctarum Eccleſia- ,, rum ,,. Inſignis eſt hujuscemodi monumentorum copia. Sed hisce contenti ſimus, quae plane efficiunt, quam praeſtet ceteris Episcopis Romanus, et proinde quanto ſit colendus, atque observandus magis. Quae adjungit Anonymus (totius disciplinae et veteris, et novae hoſtis, atque oppugnator, qui tamen ejusdem disciplinae veteris se cupidum mentitur) de Papa, qui primus solum ordine Antiſtes ſit, quique exemplo solum esse aliis debest, &c. Cujusmodi ſint, oſtendimus in prioribus, tertiis, sextis noſtris Litteris, et Epiſt. VII. n. XVII. pag. 150. sqq. Quid autem illud eſt quod addit, nisi purum putumque mendacium? ,, Non esse scilicet prae- ,, sumendum Papam inſtituiſſe iter ,, Germanicum in sua qualitate Pa- ,, pae ,,? Qua igitur in *qualitate*? Age Anonyme, comminiscere aliquam, quae digna ingeniis ſit seculi hujus lucem jactantium tenebrionum. Papa, inquis, *ut talis*. Mirum, ni etiam nobis ingeras *talitatem*. Sed expedi, quorsum evadat *Tò Papa* ut *talis*. *Non poteſt*, inquis. Mane, obsecro. Nam quaero ex te: Ubinam legeris, Papae se immiscere aliorum Episcoporum negotiis non licere, neve honores particulares exigere? Plena sunt monumenta vetera exemplorum, quibus liquet, Romanum Pontificem caviſſe quidem ceteris Episcopis, ne se aliorum rebus immiscerent; at ipsum non modo curasse ejusmodi negotia, sed etiam aut perfeciſſe per sese, dum potuit; aut suis Vicariis, Legatisque, ut perficerent, praecepiſſe. Nolo hic teſtimonia Cornelii, Stephani, Dionyſii, Damasi, Siricii, Innocentii I. *Zoſimi*, Leonis, Gelaſii, Agapeti, Gregorii Magni etc. percensere, ne fusius agere videar, quam oporteat. Afferam autem, si tempus ratioque monuerit. Jam quod adjungit Anonymus de dignitatibus Papali, et Episcopali, quale ſit, oſtendimus Epiſt. VII. n. XVII. pag. 153. Eum autem rogo, mihi ut indicet, quid intelligat praeferentiae, dignitatisque civilis vocabulis?

bus, et honoribus. Si considerentur dignitates Papales, et Episcopales in se ipsis, illae non sunt, nisi dignitates canonicae, quae extra Ecclesiam, et in ordine dignitatum civilium non possunt habere, nisi preferentiam, quam Princeps regnans ipsis concedit.

Salvator ipse non pertulit (1), neque passus est

(1) Vide Epistolam nostram VII. num. XVIII. p. 153. sqq. Quum hic Anonymus praeferentiam nullam exteriorem inter Apostolos voluiſſe, Chriſtum pugnat, vereor, ne eo demum abripiatur, ut Patres quos dignitates, praeferentiasque probaſſe conſtat, reos agat violatae voluntatis Chriſti; eosque coarguat, quod coacti in Synodos, Metropolitas, Hexarchos, Primates, Patriarchas vel conſtitutos adseruerint, vel conſtituerint: delerique canones jubeat non Apoſtolicos modo, sed Synodorum etiam Oecumenicarum Nicaenae primae, Constantinopolitanae, Ephesinae, Chalcedonensis, Nicaenae II. &c. Quam etiam metuo, ne Anonymus idem, qui secum confligens, canonum disciplinam veterem, affirmat ſibi eſſe vehementer cordi, eo deveniat denique, ut putet poteſtatem, dignitatem, praeeminentiam nullam exteriorem eſſe, quae civilis non ſit. Nam quam *praeferentiam, ac dignitatem* negat a Chriſto permissam Apoſtolis fuisse; eam auctoritate Apoſtolorum, in Eccleſiam induci potuiſſe, qui tandem censeat? Non enim auctoritatem rerum earum inſtituendarum dediſſet Chriſtus, quas ipse induci paſſus non fuiſſet. Quare ſi Anonymus conſtat ſibi, fateatur neceſſe eſt, dignitatem, praeeminentiamque omnem in Eccleſia non spiritualem, Eccleſiaſticamque eſſe, sed civilem. Itaque Metropoles Eccleſiaſticas, Primates, Patriarchas, Metropolitasque conſtitui civili, non Eccleſiaſtica poteſtate poſſe. Quamobrem Patres, Synodos, etiam Oecumenicas, quae secus fecerint, erraſſe graviter, atque in aliena jura, possessionesque aut imperitia rerum, aut fraude irruiſſe. Quid? Si Paulum etiam usurpationis coarguat, quaſi praeeminentiam ſibi arrogarit, cum Episcopos convocasset, eisque praescripsisset, ut Miletum se conferrent, auditum, quid facto ipse opportunum eſſe judicaret; Et Tito, ac Timotheo praecepta Eccleſiarum gerendarum dedisset, quod sane praeminentiae quoddam ſit, amplioriſque dignitatis genus? At hoc non dicit Anonymus. Satis quidem explicate non dicit; sed *vereor Trojanos, et trojanas peplos habentes*.

praeferentias exteriores inter Apoſtolos: Tantum ab fuit, ut eis exigere praeferentiam super Reges permit-

αἰδέωμαι τρῶας, ϗ τρωάδας ἑλκεσιπέπλους

Cur enim non verear, si is et societatem cum Lutheranis junxisse, et ea afferre videatur, quae longe a dogmate Catholico discrepant, ut hactenus a nobis eſt demonſtratum? Equidem facere minus non poſſum quin male metuendum putem, ne Anonymus idem dignitatem, praeeminentiam, poteſtatem exteriorem omnem, non Chriſti inſtitutione in Eccleſiam invectam eſſe, sed voluntate Principum laicorum, doceat; aut ad hoc idem confirmandum Marsilium Patavinum sequutus, neglecto fidei catholicae dogmate, sibi munire conetur viam. Marſilii autem hunc fuisse, e regione orthodoxum dogma impetentem errorem, Synodus Senonensis an. 1528. teſtata eſt: T. IX. Concilior. pag. 1929. „ Surrexit (inquiunt ejus Synodi Patres) Marſilius Patavinus, cujus peſtilens „ Liber, qui Defenſorium pacis nuncupatur, in Chriſtiani populi perniciem, procurantibus Lutheranis, „ nuper excusus eſt. Is hoſtiliter „ Eccleſiam insectatus, et terrenis „ Principibus impie applaudens, omnem Praelatis adimit exteriorem „ jurisdictionem, ea dumtaxat excepta, quam secularis largitus fuerit magiſtratus. Omnes etiam Sacerdotes, ſive Simplex Sacerdos „ fuerit, ſive Episcopus, Archiepiscopus, aut etiam Papa, aequalis „ ex Chriſti inſtitutione aſſerit eſſe „ auctoritatis; et quod alius plus alio „ auctoritate praeſtet, id ex gratuita Laici Principis conceſſione vult „ provenire; quod pro sua voluntate possit revocare. Verum ex Sacris Litteris coercitus eſt delirantia „ hujus haeretici immania furor, „ quibus palam oſtenditur, non ex „ Principum arbitrio dependere Eccleſiaſticam poteſtatem, sed ex jure „ divino etc.: iisdemque Litteris „ aperte monſtratur, Eccleſiae poteſtatem longe alia quavis laica poteſtate non modo superiorem esse, sed et digniorem „. In haec, rogo, Anonymua, inspiciat tamquam in speculum. Cognoscet profecto tam eſſe suis ſimilia, quam ovum ovo. Habeo autem alia multa, quae nunc condonabuntur, quae proferentur poſt ſi perget laedere. Illud nunc unum animadvertam: misere ipsum secum confligere. Nam qui primatum in Eccleſia conſtitutum a Chriſto affirmarat ita, ut data Eccleſiae poteſtas ſit, primatus ejusdem ei Episcopo, cui voluerit, conferendi; nunc incredibili volubilitate primatum, seu praeeminentiam inter Apoſtoloa admitti ullam, paſſum numquam fuisse Chriſtum, vociferatur. Qua re quid poteſt eſſe pugnantius?

teret: Reges populorum dominantur super eos, et qui habent potestatem super eos, appellantur benefici. Vos autem non sic. S. Luc. Cap. XXII. v. 25. Totum id igitur dependet a bona voluntate Supremi Principis loci, in quem Papa venit. Nobis sufficiet scire, quid est Papa?

Quod ſi acerbius se fuiſſe a nobis exagitatum queratur, vetus illud in memoriam revocet: *responsum, non dictum esse, quia laesit prior*. Atque illud quidem denuncio: hominem, qui Eccleſiae Caput, Eccleſiamque ipsam insectari calumnia, injuria, contumelia non dubitarit, ſi prior praesertim scripserit, me item eſſe scribendo ulturum. Nam ut eſt apud Homerum Iliad. Ω 369.

ἐπαγγέλλομαι
Ἄνδρ' ἀπαμύνεσθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ.

Non enim is sum, qui, ut ait Sophocles, sopito, et quieto animo feram, labentem confertim audire pluviam. Quod si bonum eſt pro patria certare, quanto erit melius, atque glorioſius pro Eccleſia et Sponsa Servatoris Christi, et columna, atque firmamento veri, quae cum, quid ſit opus credito praedicet; tum, ut vidimus, docet, semperque docuit: *quid sit Papa?*

INDEX

EPISTOLARUM, ET PARAGRAPHORUM

EPISTOLA IV.

§. I. *Redit ad Monachos Anonymus. Ab his ignorantiam, praejudicatasque opiniones foveri ait. Quam item agat calumnia, dum mentitur, Romanas opes fuisse auctas inanibus promissis Regularium, christianas plebes decipientium.* pag. 3

II. *Missis Regularibus, ad Excommunicationes Anonymus idem desilit. Has prioribus seculis Christianis incognitas, ab iisque neglectas fuisse docet. Quam falso id doceat, Scripturarum, Patrumque testimoniis demonstratur.* 7

III. *De potestatibus seculi. Quam harum late pateat auctoritas?* 17

IV. *Per summam injuriam Anonymus in extraneis numerat Pontificem, cum etiam agitur de colenda Religione.* 18

V. *Mentitur Anonymus ajens, Pontifices fuisse aliquando originem schismatum;* 20

VI. *Falcemque, Bernardo teste, immisisse in alienam messem.* 20

VII. *Commenta sua veritates audet appellare Anonymus, cum tamen et Scripturis, Traditionique adversaria sint, et hausta e fontibus hostium verae Religionis.* 26

EPISTOLA V.

I. *Accusantur Monachi ab Anonymo, quasi dites sint, et nihilominus mendicando molesti esse civibus soleant. Vndenam haec sit orta calumnia? Hanc Patres sustulere.* p. 28

II. *Principes in re civili; sacrorum autem Praesides in re Ecclesiastica parentum loco haberi oportere ostenditur.* 42

III. *Non hostes Religionis, sed Monachos morbo laborare Anonymus censet. Reformandos esse laxiores Monachos, non tollendos evincitur.* 42

IV. *Quibus reformatio Monachorum competat.* 42

V. *Quam insolenter de Pontifice agat Anonymus, et quam inepte ratiocinetur.* 45

VI. *Quam absurde Anonymus innuat, idcirco se egisse de Monachis, ut sibi ad Indulgentias pararet viam. Quam falso sequi se dicat Bossuetium, quamque erret turpiter de Indulgentiis ipsis disputans.* 47

EPISTOLA VI.

I. *Irrisores Papatus ratione, atque ordine tractari oportere, monet Anonymus. Cujusmodi hi sint irrisores? Haereticos esse, ostenditur, ac malignos, qui ratione duci non patiuntur.* pag. 60

II. *Adimi Primatum Episcopo Romano jure posse, eumque in alterius urbis Praesulem transferri, Anonymus uti rem catholicis, doctis, ac piis probatam jactat. Quam falso id jactet, ostenditur.* 63

EPISTOLA VII.

I. *Rogat Anonymus, num poſſit reſtitui ratio eligendi Pontificis a Principibus, qui imperio potiantur? Oſtenditur, a quibus inducta abuſio illa fuerit, et quam apte ad Evangelii praeceptiones ſublata.* pag. 96

II. *Transferendum eſſe Pontificatum a Romano in alium quempiam Epiſcopum, rurſum Anonymus errans dictitat.* 98

III. *In eo errore ſi perſtet, cogetur tot Pontifices, ſeu Primates Eccleſiae ponere, quot ſunt laici principatus.* 105

IV. *Quam inepte errans Anonymus pugnet, Cardinales excludi e numero electorum Pontificis oportere, quaſi ad Hierarchiam Eccleſiaſticam non pertineant.* 113

V. *De Cancellaria Romana quid nugetur Anonymus; quidque contra, Apoſtolica doctrina flagitet.* 118

VI. *Quam falſo Anonymus, quamque injuria, perſuaſum ſuis civibus eſſe dicat, primatum Romano Epiſcopo datum eſſe humana inſtitutione.* 118

VII. *Anonymus in Regem Gallorum agit calumnia. Id vero vi illuſtrium monumentorum oſtenditur. Turnelium etiam teſtem appellat; ſed falſo.* 119

VIII. *Petrum, ait Anonymus, parem poteſtatem habuiſſe, ac habuerint Apoſtoli reliqui etc. Quam id a Scripturarum, et a Patrum doctrina diſcrepet.* 129

IX. *Sollicitudinem ſolum Eccleſiarum, ac ſtudium ſervandae unionis impoſitum fuiſſe Petro, Anonymus ſtatuit; ſed labitur.* 132

X. *Scriptores Ecclesiasticos Anonymus carpit, quasi bl egerint, ut primatus Pontificis minus recte intelligatur. Sed neque Scriptores ullos nominat, neque audet dicere, quae sit illa primatus male intellecta ratio.* 137
XI. *Coarctat Anonymus suo arbitratu Pontificiae potestatis fines contra majorum doctrinam.* 137
XII. *Provocat* Anonymus *ad Sanctum Epiphanium; at frustra.* 140
XIII. *Propositiones duas figit Anonymus, quas firmas dictitat manere. Eas propositiones ostenditur, esse inimicas veri.* 143
XIV. *Fingit Anonymus, Pontificum se defensionem suscipere; quos reipsa tamen per summam injuriam insectatur, ac lacerat.* 146
XV. *Cognitores veros Papatus memorat Anonymus; at non est ipse ex eorum numero. Confugit ad Bessarionis praesidium, a quo tamen facile dejicitur.* 146
XVI. *Melchiorem Canum, et Cardinales, atque Theologos, qui Paulo* III. *auctores fuere, ut ne assentatoribus auscultaret, Anonymus appellat; sed frustra.* 149
XVII. *Qui sint, Anonymi judicio, veri Papatus cognitores? Hos osores esse Papatus, non veros cognitores, ostenditur.* 150
XVIII. *Errat Anonymus jactans, cautum fuisse a Christo, ne cui honor deferatur exterioris praelationis.* 153
Appendix. 157
Pisti Alethini ad Lectorem Epistola. 157
Anonymi opusculum inscriptum: Quid est Papa? 158

MAG 2006548

Digitized by Google

FARNESI ALFREDO
Legatore di Libri
ROMA
Via S. Nicolò da Tolentino 46